ዘሐዮብ ሉዶልፍ ትመህርተ ልሳነ ግዕዝ

ዘይእቲ

ልሳነ መጽሐፍ ዘሐትዮጵያ

Sive,

JOBI LUDOLFI J. C.

GRAMMATICA

ÆTHIOPICA.

Nunc primùm edita, ſtudio & curâ

JOHANNIS MICHAELIS WANSLEBII
Mathem. & Orient. LL. Stud.

LONDINI,
Apud THOMAM ROYCROFT, LL. Orientalium
Typographum Regium. A. S. CIↃ. IↃCLXI.

GRAMMATICA
ÆTHIOPICA.

Nunc primùm edita, studio & cura

IOHANNIS MICHAELIS WANSLEBII

LONDINI,

ILLUSTRISSIMO AC CELSISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO,

D^N. ANTONIO ULRICO

BRUNSVICENSIUM AC LUNEBURGENSIUM

DUCI, &c.

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO

J. LUDOLFUS S.P.D.

SIngularis & nunquam satis laudata benevolentia, quâ literatos prosequeris: Insignis doctrina, quâ Celsitudo Tua præfulget: Maxima denique & in privatis interdum rara facilitas atque humanitas, quam verbis atque literis mihi significasti, me impulerunt, ut ea palâm prædicarem, simulque publicum grati animi indicium proferrem. Equidem libentius nobiliore quâdam, ac Illustri Tuo nomine dignâ occasione istud facere voluissem; verum, malui citò & tempestivè, etsi fortasis parùm commodè, officium meum exequi, quâm opportunitatis spe in

longum differre. Sicuti autem in maximis contractibus exilem arrham non contemnimus: Ita quoque ſpero, Te tenue hoc, perpetuæ Reverentiæ ſignum, non aſpernaturum. Præſertim, cum veluti viam ſternat iis, qui res Abiſsinorum penitius indagare volent; de quibus aliquoties me ſtudioſè interrogaſti & comiter audiviſti. Igitur, quamvis Juvenilis iſte labor perexiguæ ſit æſtimationis, neceſſarius tamen eſt iis, qui res illius gentis peritè atque ſcienter tradituri ſunt. Haud ſecus atque claves exigui ſunt pretii, quibus tamen adyta templorum, & theſauri regum reſerantur. Ignota manerent religionum arcana; res gentium & commercia Nationum, niſi cognitio linguarum accederet, ſine quarum adminiculo multa abſurdè & incongruè dicuntur & ſcribuntur; quod in commemoratione rerum Æthiopicarum ſæpè accidiſſe conſtat. Quâ itaque aliàs benignitate adverſaria mea aſpexiſti, eâdem & nunc opuſculum hoc ſuſcipe, meique cultus & obſequii certus, mihi ſtudiiſque meis impoſterum favere perge. *Vale.*

በስመ : አብ : ወወልድ : ወመንፈስ : ቅዱስ : ā አሜሳክ ::

JOBI LUDOLFI *f.C.*

GRAMMATICÆ ÆTHIOPICÆ

Liber Primus,

DE

ORTHOGRAPHIA.

Caput Primum.

De Literis.

ÆTHIOPES viginti ſex literas, & ſeptem vocales ſonos habent, qui non, ut in aliis linguis, peculiaribus figuris vel punctis denotantur : ſed ipſis conſonantibus inſunt, ita ut ſingulæ literæ ſingulas ſyllabas conſtituant.

Quam ob cauſam in ſeptem claſſes ſive ordines diviſæ ſunt, quorum *Primus* ſimpliciſsimas continet figuras, vocalem tamen virtualiter in ſe habentes. *Reliquæ* verò modò punctum : modò lineolam aliàmve mutationem admittunt, ut alii ac rurſus alii planè characteres videri poſsint.

Accedunt quinque Diphthongi, quæ tantùm quatuor literis competunt, ita ut computatis omnibus literarum figuris *CC.* & *II.* reperias.

Nominibus, Formâ, ordine, & maximè ratione legendi à cæteris Orientalibus differunt ; ſcribuntur enim & leguntur dextrorſum more Latinorum, ut mireris, in tanta hujus linguæ cum reliquis Orientalibus convenientiâ, tantam ſcripturæ diverſitatem ineſſe ; Cuncta ex ſequenti Syllabario meliùs cognoſces.

SYLLABARIUM ÆTHIOPICUM.

NOMEN	1. ግዕዝ a breve	2. ካዕብ u.	3. ሣልስ i.	4. ራብዕ a long	5. ሓምስ e.	6. ሳድስ y.	7. ሳብዕ o.	
1 ሆይ Hoi	ሀ ha	ሁ hu	ሂ hi	ሃ ha	ሄ he	ህ hy	ሆ ho	ה
2 ላዊ Lawi	ለ la	ሉ lu	ሊ li	ላ la	ሌ le	ል ly	ሎ lo	ל
3 ሐወት Haut	ሐ ha	ሑ hu	ሒ hi	ሐ ha	ሔ he	ሕ hy	ሖ ho	ח
4 መይ Mai	መ ma	ሙ mu	ሚ mi	ማ ma	ሜ me	ም my	ሞ mo	מ
5 ሠወት Saut	ሠ ſa	ሡ ſu	ሢ ſi	ሣ ſa	ሤ ſe	ሥ ſy	ሦ ſo	ש
6 ረአስ Ryys	ረ ra	ሩ ru	ሪ ri	ራ ra	ሬ re	ር ry	ሮ ro	ר
7 ሳት Sat	ሰ ſa	ሱ ſu	ሲ ſi	ሳ ſa	ሴ ſe	ስ ſy	ሶ ſo	ס
8 ቀፍ Kaf	ቀ k'a	ቁ k'u	ቂ k'i	ቃ k'a	ቄ k'e	ቅ k'y	ቆ k'o	ק
9 ቤት Bet	በ ba	ቡ bu	ቢ bi	ባ ba	ቤ be	ብ by	ቦ bo	ב
10 ተዊ Tawi	ተ ta	ቱ tu	ቲ ti	ታ ta	ቴ te	ት ty	ቶ to	ת
11 ሓርም Harm	ሓ ha	ኁ hu	ኂ hi	ኻ ha	ኼ he	ኍ hy	ኾ ho	ח
12 ናሓስ Nahas	ነ na	ኑ nu	ኒ ni	ና na	ኔ ne	ን ny	ኖ no	נ
13 አልፍ Alph	አ a	ኡ u	ኢ i	ኣ a	ኤ e	እ y	ኦ o	א
14 ከፍ Kaf	ከ ka	ኩ ku	ኪ ki	ካ ka	ኬ ke	ክ ky	ኮ ko	כ
15 ወዌ Wawe	ወ wa	ዉ wu	ዊ wi	ዋ wa	ዌ we	ው wy	ዎ wo	ו
16 ዐይን Ain	ዐ a	ዑ u	ዒ i	ዓ a	ዔ e	ዕ y	ዖ o	ע
17 ዘይ Zai	ዘ za	ዙ zu	ዚ zi	ዛ za	ዜ ze	ዝ zy	ዞ zo	ז
18 የመን Jaman	የ ja	ዩ ju	ዪ ji	ያ ja	ዬ je	ይ jy	ዮ jo	י
19 ድንት Dent	ደ da	ዱ du	ዲ di	ዳ da	ዴ de	ድ di	ዶ do	ד
20 ገምል Geml	ገ ga	ጉ gu	ጊ gi	ጋ ga	ጌ ge	ግ gy	ጎ go	ג
21 ጠይት Tait	ጠ t'a	ጡ t'u	ጢ t'i	ጣ t'a	ጤ t'e	ጥ t'y	ጦ t'o	ט
22 ጰይት Pait	ጰ p'a	ጱ p'u	ጲ p'i	ጳ p'a	ጴ p'e	ጵ p'y	ጶ p'o	פ
23 ጸዳይ Zadai	ጸ z'a	ጹ z'u	ጺ z'i	ጻ z'a	ጼ z'e	ጽ z'y	ጾ z'o	צ
24 ፀጳ Zappa	ፀ z'a	ፁ z'u	ፂ z'i	ፃ z'a	ፄ z'e	ፅ z'y	ፆ z'o	צ
25 አፍ Af	ፈ fa	ፉ fu	ፊ fi	ፋ fa	ፌ fe	ፍ fy	ፎ fo	פ
26 ፕሳ Pfa	ፐ pa	ፑ pu	ፒ pi	ፓ pa	ፔ pe	ፕ py	ፖ po	פ

Sequuntur Diphthongi, ſecundum Ordines, quorum Analogiam imitantur, diſpoſitæ.

ቈ k'ua	———	ቊ k'ui	ቋ k'ua	ቌ k'ue	ቍ k'uy	———
ኈ hua	———	ኊ hui	ኋ hua	ኌ hue	ኍ huy	———
ኰ kua	———	ኲ kui	ኳ kua	ኴ kue	ኵ kuy	———
ጐ gua	———	ጒ gui	ጓ gua	ጔ gue	ጕ guy	———

2. *De Nominibus literarum.*

Nomina literarum technica ſunt, vel fortuitò aliquid ſignificant, ut ማይ: *aqua*. ቤት: *domus*. ዐይን: *oculus*. የማን: *dextra*. አፍ: *os*. reliquæ verò ita exponi non poſſunt. Nam ſignificatio, quam pro myſteriis in ſuis Inſtitutionibus venditat *Marianus Victorius civis Reatinus*, ſecundum רֹאשׁי הַתֵּיבוֹת *ſeu initiales literas* eſt accipienda, ut ex U: fit ሀለዎ: *fuit*, ex ለ: fit ልዑል: ዋሌሊት: *altiſſimus & nox*. ሐ:ሕይወት: *vita*. መ:ምኑ: *quis*: ሠ:ለሠላሴ: *Trinitas*: ረ: ርእስ: *Caput*: ሰ: ሰላም: *pax*, & ita ſequentia, quæ apud Victorium videre licet.

3. *De Figuris literarum.*

Nulla in literis Æthiopicis datur diverſitas, ita ut, qui has noſtras callet, omnia legere poſſit Manuſcripta. Tantùm interdum connectuntur ግ: & ዚ: h. m. ጊ: in voce እጊእ: *Dominus*. Præter eas tamen pro numeris utuntur certis quibusdam figuris ex Græcorum literis formatis, veluti:

ሀ:	A. 1.	፩:	1. 10.	ኸ:	K. 20.	ፐ:	P. 100.
ለ:	B. 2.	፪:	IA. 11.	ኻ:	KA. 21. &c.	ፀ:	Σ. 200.
ሐ:	Γ. 3.	፫:	IB. 12. *uſque*	ሀ:	Λ. 30.	ፈ:	T. 300. &
መ:	Δ. 4.		*ad XX.*	ሠ:	M. 40.		*uſque ad mil-*
ሠ:	E. 5.			ረ:	N. 50.		*le, quod uti*
ረ:	S. 6.			ሰ:	Ξ. 60.		*efferunt, ita*
ሰ:	Z. 7.			ቀ:	O. 70.		*ſcribunt*
ቀ:	H. 8.			በ:	Π. 80.	፲፻:	ዐሠርቱ: ምእት:
በ:	Θ. 9.			ተ:	ϟ. 90.		1000. Decies centum. *i. e. Mille.*

Non quidem ad hanc noſtram Grammaticam ſpectant Characteres, qui in Amharica Dialecto occurrunt: eos tamen in gratiam curioſorum hîc addere libet, ſecundum ſeptem claſſes diſpoſitos.



Ex quibus ቸ ኀ ኸ ዠ a quipollet ጭ *Sch.* Germ. *Sh.* Angl. *Ch.* Gall. *gn.* Gall. & Ital. *ch.* Germ. & Belg. *j.* Gallico.

ቾ : ኈ : & ጭ : verò peregrinum habent ſonum, nec in ulla Europæa lingua reperiuntur, ſicuti in Rudimentis noſtris Amharicis pluribus docebitur. Interim hic habes Orationem Dominicam, ex qua ingenium linguæ, & ſcribendi rationem cognoſcere quodammodo poſsis;

አባታ ችን: በሰማይ: ያለ ኽ: ይነጸልን: ሞንግሠት ኽ: ፈቃድ ኽ ም : ይትኑን : በሰማይ : እንደለኽ ዚግ : በምድርም :: ሲሳያ ችን : እየዕለቱ : ዛሬ : ስጠን :: በደላ ችን: መሀረን: እ ኛ ም: የቢደለነን፣ እንደ: ንመሕር :ሓሞንሱት:ንገባ:መጠን: ለትተወን:ለድኅነን:እ ኛ :ከቢስ:ነገር:ለሜን::

4. Porrò ad exprimendas literas quaſdam peregrinas, ſequentibus utuntur figuris:

ሙ : *M.* liquidum, cui ineſt jod Germanicum, quaſi diceres *Mjæ.* Poloni id habent, & accentu ſuperno notant hoc modo (*m'.*)

ኟ : *V.* conſonans, prout à Gallis Belgis & Italis effertur.

ኘ : *L.* liquidum, Italis *gl.* in *egli*, Gallis *ill.* in *fille*, Hiſpanis *ll.* Quæ hoc punctis vocalibus notantur

ሜ : *Mj.* ሙ
ኟ : *V.* ኟ
ኘ : *gl.* Ital. ኚ & ita porrò.

5. Notandum quoque Muhammedanos, qui (proh dolor!) ſæpe ferventiores ſunt ipſis Chriſtianis, in promovenda Religione ſua, Æthiopicis Characteribus ad putidas ſuas fabulas abuti, quo miſellas oves ſeducant. Quopacto ſcriptam reperi fabulam de Formicâ, cum Salomone ſermones ſociante, in ultimis foliis Pſalterii MSS. quod habetur in legato Scaligeri Bibliothecæ Leidenſis; Ejus partem hîc addere libet, quo videant curioſi, qua ratione characteres Æthiopicos Arabicæ linguæ accommodent.

ሰከርለሁ: ለሳ: እለእንስ: ወል ዣ ን: ወጤር: ወልዉኑ ኽ : ወሰይር : ማክልቅ: ለሳ: ትመ:ዓጠሱ:ለሳ:ሰሪር:መን:ሐሪር:ለክድር:ጡሱ:ሰብዚን:ፈርሰከ: ወዐርዙ: ሰብዚን: ወካን:ሶሌማን:ዒሴህ:ሰላመ:ይብስጥ:ደልክ:እልብሳጥ:የንሰብ:ዓቤ:ኩርሲ: የ ዣ ማዕ: ሐውሱ: እልወዘራ: ወዕልማ: በደን:እስራሌል:የ ጊ ልሱን:ማዑ:ፎቅ: ሰሪር:ለልእንስ: ዓን: ይሚኑ: ወል ዤ ን: ዓን: ኽ ማሱ: ወካን: የርከብ: ሁ: ወ ዣ ሚዕ: ዐስክራ: ፎቅ: ደልክ: እልብሳጥ : ወካን: ሶሌማን: የለመር: ለሪሕ: ደር ፈዕ : እልብሳጥ:ወሁ: ወ ዣ ሚዕ:መን:ዓቤ:በደንእስማ:ወልለርድ:: &c.

Quæ Arabicè ſic ſe habent:

سكر له الانس والجن والطير والوحوش والساير

ما

ما خلق الله ثم اعطا له الله سرير من حرير اكدر طوله
سبعين فرسخ وعرضه سبعين .وكان سليمان عليه
السلام يبسط ذلك البساط ينشب علي كرسيه يجمع
جمو له الوزراء والعلماء بين اسرايل يجلسون معه
فوق سرير الانس عن يمينه والجن عن شماله وكان يركب
هو وجميع عسكره فوق ذلك البساط .وكان سليمان
يامر الريح يرفع البساط وهو وجميع من عليه بين السماء
والارض*

Latinè autem verbotenus ſic ſonant:

Donavit ei (Salomoni) *Deus, Homines & Spiritus, & Aves & Beſtias, & quicquid creavit Deus. Deinde dedit ei Deus ſolium ex ſerico fuſco, longitudo ejus ſeptuaginta paraſangarum: & latitudo ejus (quoque) ſeptuaginta* (paraſangarum erat). *Et Salomo, ſuper quem ſit pax, expandit iſtud ſtratum ſedens ſuper Solio ſuo; congregavitque ad ſe prudentes atque ſapientes in Iſrael, ut ſederent ſecum in Solio; Homines à dextra ejus: & Spiritus à ſiniſtra ejus; Et aſcendit ipſe, & univerſæ copiæ ejus ſuper iſtud ſtratum. Et juſſit Salomo ventum, ut tolleret ſtratum, & ipſe & quicquid ſuper eo erat,* ferebatur *inter cœlum et terram &c.* Plura addere piget; quomodo videlicet iter ei ſucceſſerit; & quomodo ad flumen Formicæ pervenerit, & cum ea ſermones habuerit. Sufficit ex hoc ſpecimine cognoſcere, quomodo Muhammedani Arabica ſua Æthiopicè ſcribant; Ubi facilè ſtudioſus Lector animadvertet, quod magis pronunciationis, quàm literarum ratio habita fuerit, & paſsim elementa quædam omiſſa, vel ſyllabæ diverſæ inter ſe connexæ. De quibus fuſius agere, nunc non eſt noſtri inſtituti.

6. *De Poteſtate Literarum, quatenus ut Conſonantes conſiderantur.*

Poteſtatem literarum, ſeu valorem, literis Latinis, & Hebraicis, quantum fieri potuit expreſsimus; monitiones paucas ad exactiorem Conſonantium pronunciationem hic ſubjiciemus.

Literæ verò quædam nominibus tantùm & figuris, non autem pronunciatione inter ſe differunt. Veriſimile quidem eſt, olim diſcrepaſſe, ſed cum tempore, ut fieri ſolet, ſonum mutaviſſe. Illæ autem ſunt U: ח: & ך: quæ eodem modo ut H ſimplex pronunciantur; ultimum Harm tantùm fortiori halitu exprimitur, nullatenus tamen ut *ch.* Germanicum.

W: & ת:

ሠ : & ሐ : non differunt, ubique enim & semper pronunciantur ut S Polonorum, & Σ Græcorum, nempe ut S libilans seu forte, quale est Gallorum & Italorum ab initio vocis, & post consonantem.

አ : & ዐ : referunt Ebræorum א, ע nuda autem sunt vocalium sustentacula, nec præter eas quicquam auditur; sic etiam

ጸ : & ፀ : non differunt pronunciatione.

Ista pronunciationis similitudo haud raro imperitiores Librarios conturbat, dum literis ejusdem valoris promiscuè utuntur; veluti cum pro ፈጸመ : *vidit*: scribunt ፈፀመ : *pavit*, & vice versâ. Ideoque in Lexicis observandum est, *Si vox, eo modo, quo scripta est, non reperiatur, vel significatio non quadret, ne facilè acquiescas, sed alio modo scribendam, quærendamque statuas.*

Inter omnes autem maximè notabiles & difficiles sunt sequentes ቀ : ጠ : ጰ : ጸ : seu quod idem est ፀ : quarum exempla in universâ Europa non reperiuntur, ideoque frustra laboraveris in valoris descriptione, cùm auditu tantùm discendæ sint. Proximè accedunt ad literas illas, quas differentiæ causa lineola notavimus, sed tàm valida instrumentorum collisione, & quâdam soni repercussione efferuntur, ut tardè & difficulter admodum imitari possis.

በ : B caveant Germani, ne more suo confundant cum P vel W.

ከ : K Europæum, vel *c* ante a, o, u.

ወ : W Anglicum, quod differt à Germanico & Belgico.

ዘ : Z Gallorum & Græcorum. Sive S lene inter duas vocales, quæ etiam genuina pronunciatio est ז Hebræorum, quod malè per *ds* à nonnullis effertur.

ፐ : D. hîc quoque caveant Germani ne confundant cum T :

ገ : G. sicut g Gallorum & Italorum ante a, o, u, quem sonum ubique & semper retinet.

CAPUT II.

De Divisionibus Literarum.

1. DIviduntur literæ ut in cæteris Orientalibus linguis, secundum oris Organa, quibus pronunciatio effertur,

in
1 *Dentales* ወ : ተ : ዘ : ጸ : ፀ :
2 *Gutturales* ሀ : ሐ : ኀ : አ : ዐ :
3 *Labiales* በ : ፈ : ወ : ጰ : ፈ : ፐ :
4 *Linguales* ለ : ረ : ተ : ነ : ፈ : መ :
5 *Palatinas* ቀ : ከ : ገ : ፐ :

Quæ divisio bene est tenenda, ob singulares quosdam in Grammatica effectus, de quibus suo loco.

NOTA. Gutturales, ut in Hebræa ita et in hac nostra lingua multos peculiares per universam Grammaticam parere effectus: Labiales verò, ut et tres Linguales ለ : ረ : ነ : ferè nullos.

2. Linguales & Palatinas subdividere cogimur in Cognatas & Extraneas; diversos enim habent in Grammatica effectus. Cognatæ autem sunt ተ : ፈ : መ : Extraneæ verò ለ : ረ : ነ : sic quoque Cognatæ sunt ቀ : ከ : ገ : Extranea ፐ :

3. Divi-

3. Dividuntur literæ in Radicales & Serviles: *Radicales* tantùm ſunt ሐ:ሠ:ረ: ቀ:ኀ:ዐ:ደ:ገ:ጠ:ጸ:ጸ:ፀ:ፈ:ፐ: Cæteræ vocantur *Serviles*, quod radicalibus in principio, medio & fine vocis, nec non conſtructioni inſerviant, vel per ſe certas particulas conſtituant. Quamvis & ipſæ per ſe quoquè ſæpius radicales ſint. ut: ሀ:ለ:መ:ሰ:ቨ:ተ:ነ:አ:ከ:ወ:ዘ:የ:

CAPUT III.

De Poteſtate Vocalium.

SEptem Vocalium ſonos apud Æthiopes, per ſeptem ordines diviſos eſſe, ſupra diximus, quos ut rectiùs intelligas, & accuratiùs diſtinguas, hîc ſigillatim deſcribemus.

I. Ordo, ſeu ግዕዝ:

Primus ordo vocatur ግዕዝ: vel à lingua ipſa, quæ ልሳነ: ግዕዝ: vulgò dicitur: vel à ſtudio, quod iſte ordo diligenter perdiſci debeat, antequam ad reliquos pergas: Continet enim primas & ſimpliciſsimas literarum formas, & pronunciatur per A Anglicum, vel ae Belgicum in aerd terra, ſeu ä Germ. quod ad E balans ferè accedit; (quale eſt in ſyllabis *ef, el, em, en, es,* &c. in quibus Æthiopicas voces literis Latinis exprimentes id retinuimus. *ut* ገመ: *ſecut*, legitur Angl. Cama. ቀበረ: ſepelivit *Kabara.* መንፈስ: *Menſes* Spiritus.) verùm ſono brevi & tàm obſcuro ut audiens ab eo ferè abhorreat.

Excipe Gutturales ሀ:ሐ:ኀ:አ:ዐ: quæ leguntur per *a* clarum, neque differunt à ſono quarti ordinis, quæ res apud Analogiæ Grammaticæ imperitos haud levem in ſcribendo confuſionem cauſatur; ut cum pro ፍሥሐ: *lætitia* ſcribunt ፍሠሐ: pro ብዙኃን: *multi* ብዙሓን: & ita porrò.

II. ካዕብ:

Secundus Ordo vocatur ካዕብ: *alter* ſive *ſecundus*, legitur per *u* Italicum & Germanicum, *ou* Gallic. & Græc. & deſignatur puncto in medio lateris dextri h. m. ቡሩኩ: *Burucu*, benedictus ejus.

III. ሣልስ:

Tertius legitur per *i* clarum, idque denotatur puncto inferno dextræ lineæ annexo, *ut* ሊ: ሚ: quæ verò literæ infra rotundæ ſunt, ut ሠ: & ሀ: lineam aſſumunt, quò punctum accipere poſſint. *ut* ሂ: ሢ: ሚ: ſed ረ: & ፈ: puncta ſua eſſentialia ſurſum reflectunt, h. m. ሪ: *ri.* ፊ: *fi.* At ዩ: peculiare quid habet hoc pacto ዪ: *ji.*

IV. ራብዕ:

Quartus a longum continet, quale eſt Germanorum & Anglorum in all, et diverſimodè denotatur. Quæ enim literæ pluribus lineis conſtant, ſiniſtras breviores reddunt, h. m. *ut* ሳ: *la.* ሐ: *ha.* quæ verò unam tantùm habent, punctum ſiniſtrum inferius aſſumunt, *ut* ቃ: *ka.* ኀ: *ha.* ſed ዓ: excipitur. Rotundæ lineolam in parte dextra accipiunt, h. m. ሃ: ሚ: ዓ: At ሬ: & ፋ: ſingulare quid habent, differunt enim à ረ: & ፈ::

NOTA. Hæc Claſſis repræſentat Arabum ا *quieſcens, ut:* ሰላመ: سلم pax. ሣልስ: ثالث Ter-

tertius. ራብዕ : رابع quartus. *quod bene obſervandum in Gutturalibus. ut* ኃምስ : خامس, quintus. ዓለም : عالم. mundus.

V. ኀምስ :

Quintus valet *e* clarum, quale eſt in ſyllabis *be, ce, de,* & legitur ubique ſicut *é* Gallorum : & *eh* vel *ee* Germ. in Miſnia ; nec unquam, quamvis accedente conſona, ſonum mutat ; itaque ኣሜን: non ut vulgò, ſed *Amém* Germanis legendum eſt. Significatur per circellum ad finem dextræ lineæ adjectum: Rotundæ novam propterea lineam adſumunt, ut in tertio ordine factum. ዩ: denuò peculiare quid habet.

VI. ሳድስ :

Difficilior hujus ordinis eſt ratio, quam ut certis regulis comprehendi queat, nam literæ modò infringunt lineam ; modò punctum ſuperiùs aſſumunt : aut aliàs variantur, ut ex ſchemate apparet. Vocalem autem habet dubii ſoni, qui medius quodammodo eſt inter *i* & *u* Gallicum, ſed adeò rapidus & obſcurus, ut dubites, utrum ad *i* magìs, an ad *u* Gallicum referendus ſit. Aſsimilari quidem poteſt Germanico *e* brevi, ſeu ſemimuto in fine vocum waſſer, haben, & ⟨ü⟩ ü in vocibus hütte, hüllen, verhüllen. Verùm adeò profundè effertur, ut parùm à murmure abſit. In Syllabario per *y* expreſsimus, non tantùm quod valdè affinis ſit vocali tertii ordinis, ac propterea cum ea à rudioribus confundatur, ut : ተምሃር : pro ተምሂር : ſed & quod nationes aliquæ, veluti Sueci atque Poloni hanc literam obſcurius vulgò efferant.

Alia porrò difficultas hic ſeſe offert, dum hujus ordinis Literæ, pariter ac cæteræ, per ſe quidem omnes ſunt ſonantes, per Accidens tamen ſæpiſsimè mutæ fiunt, quia vocalis earum paſsim quieſcit, neque tamen iſtius quietis ſatis certæ regulæ dari poſsunt. Ne verò prorſus incertum relinquamus Tyronem, in genere tenendum eſt : *Utplurimùm* ⟨ə⟩ *Scheva Hebræorum vice fungi, ejuſque regulas ferè ſequi* ; in ſpecie ſequentes obſervandæ ſunt :

I. *Ab initio vocis legitur, ut :* ፍጡር : Fytur, *creatus.* ሕዝብ : Hyzb, *populus.* ፍጥረት : Fytrat, *creatura.* ልብ : Lyb, *cor.*

II. *In medio vocis poſt mobilem aliam quieſcit,* ut ምንበር : manbar. *et vice verſa, Poſt quieſcentem legitur, ut* ገበርክሙ : *feciſtis, lege* gabarkymmu.

EXCIPE (1) Caſum, ubi præfixa accedunt, quæ naturalem vocis pronunciationem non mutant. ut ፍቅር : *amor.* በፍቅር : bafykr, *non* befkyr, *in amore* በዝ : *in hoc, lege* Bazy *non* Baz.

EXCIPE (2) Fœminina Adjectivorum forma ግብርት : *lege* gybyrt, *non* gybryt. *ut* ፍጥርት : fytyrt *non* fytrit. ቡርክት : *benedicta, lege* buryct *non* burkyt. *Item* ኣንስት : Anyſt *fœmina.* ሓብስት : hybyſt *panis.*

EXCIPE. (3) Futurum Activum, cujus media radicalis eſt ſonans, ſi tertia ſit ordinis ſexti. ut :ኣገብር : Ygabyr. *et* ኣሓለፍለፈ : *lege* Ahaſsis, *quæram. Pſal.*118 15. ይነድድ : Jnedyd. *Pſal.*49.4.

NOTA quoque differentiam Præſentis Indicativi ſive Futuri, & Subjunctivi. Nam in Præſenti, ſive Futuro ኣምሕል : pronunciatur *Ymy'hyl*, jurabo, juro. In Subjunctivo verò *Ymhyl* & ſignificat *jurem.*

EXCIPE

EXCIPE (4) Quod poſt vocalem longam legitur. ut : ሳድስ : Sadys.

EXCIPE (5) Si accedat affixum ዮ: meus *&* ን: noſter, *id quia accentum ad ſe trahit, ideò ultimam ſonantem efficit. ut :* ልብ: Cor ልቡዮ: lyby'ja, cor meum.

III. *In fine vocis ſi duæ hujus Ordinis literæ reperiantur, utrinſque vocalis quieſcit. ut :* ምድር: *Terra,* mydr. ትፍሥሕት: *lætitia lege* tyfſyht. *Sic forma Pluralis* መጋብርት : *legitur* Magabyrt. *ut :* መጻሕፍት: *libri, lege* Maz'ahyft. *Plura uſus docebit.*

Cœterum Æthiopes cum legere incipiunt, omnes & ſingulas literas efferunt hoc pacto : *Ky, ry, ſy, ty, ſy.* mox repetunt, *Chryſtos* ut oportet, dicentes.

VII. ሳብዕ :

Septimus per *ω* ſeu *o* longum legitur. Ratio punctationis varia eſt, ſicut in quarto ordine, quædam enim circellum ſuperius aſſumunt, ut : ሆ:ሎ:ቆ: Quædam dextras breviores reddunt, ut : ሖ:ሶ:ጶ: reliquæ prorſus regula carent, diligenti contemplatione diſcendæ.

Ad Quantitatem vocalium quod attinet, primi & ſexti Ordinis vocales tantum breves ſunt, reliquæ omnes ſunt longæ, & ita pronunciari debent, tanquam circumflexo notatæ eſſent; quamvis tonum ſeu accentum non ſemper in ſe contineant, utpote, qui etiam vocalibus primi vel ſexti Ordinis competere poteſt, ut infra dicemus. Deinde vocalis ſecundi Ordinis, literæ ◌ : & vocalis tertii Ordinis, literæ ዮ : ita affinis & homogenea eſt, ut conſonans in vocalem : & vice verſa facilimè tranſeat & reſolvatur, ut per univerſam Grammaticam patebit.

CAP. IV.

De Poteſtate Diphthongorum.

Diphthongi omnes ex vocali *ə* & aliis quinque vocalibus compoſitæ ſunt; Analogiam verò & regulas illius ſequuntur, ad quem pertinent; cujuſque ſonum cum *ə* mixtum referunt. ut : ቈ: *ŋa* ad primum. ቊ: *ŋi* ad tertium. ቌ: *ŋa* ad quartum. ቔ : *ŋe* ad quintum. ቍ : *ŋy* vel potius *ŋe* ad ſextum ſpectat. Quatuor verò literis tantùm competunt, ſicuti ex Schemate ſuprà poſito apparet.

2. Tantum de Diphthongis per ſe. Per Accidens fit Dipthongus ex literis ዐ: & ደ: quoties cum litera aliqua primi vel quarti Ordinis in unam ſyllabam coaleſcunt. ut : ዐወራኅ: menſes, ዐወታር: chordæ, lege *aurah, autar.* Sic ተሠ ደመ: conſtitutus eſt, lege *taſajma.*

CAP. V.

De Accentu.

1. *Accentuum* notas nullas habent, ac vix regulas; ut plurimùm quidem in pronunciando vocalium quantitatem, ſed non ſemper obſervant; ſæpè enim ſexti Ordinis vocalis tonum habet; quamvis in eadem voce reperiatur vocalis longa quarti Ordinis. ut : ጸራኅክሙ : *z'arahk y'mmu,* ጸራኅክን : *z'arahk y'n,* clamaviſtis.

2. Verba ſecundæ Conjugationis, formæ ነበረ: *Nabbára,* in tertia ſingulari Præteriti, accentum in media habent. ut : ሐነጸ: *Hanáza* ædificavit.

3. Prima radicalis Futuri accentum habet. ut: ኦፈቅድ: ኦቀድስ: lege *yfákyd, ykáddys.*

4. Ultima longa Accentum habet. ut: ኩሉ: *cuelù* omnis, ብእሲ: *byysì* vir, ዝንቱ: *zyntù* hic, ጸማ: *zamà* Labor, ግቡር: *gybbûr* factus, አምላክ: *amlâc* Deus, ሰማይ: *Semâi* Cœlum.

5. Inter duas ſyllabas breves, prima tonum habet. ut: መንፈስ: *Mènfes* Spiritus. ፍጥረት: *fy'tret* creatura. ሀገር: *hâger* urbs, እንስት: *A'nyſt* fœmina. Sic & Particulæ, ut: ምስለ: *m'yſla* cum ኀመ: *cáma* ſicut, *&c.* & Pronomen እለ: *y'lla* qui. እስመ: *quoniam* legitur *ſmà.*

6. Affixa ዮ: & ና: in vocibus in ſextum ordinem deſinentibus, accentum ad ſe trahunt. ut: እመላክዮ: vel አምላክና: *Amlak y'ja* & *amlak y'na*, Deus meus, Deus noſter. እግዚእትዮ: *ygſiyt'ja* Domina mea. Uti & aliàs accedente affixo accentus plerumque mutatur, ut: ምስሌክ: *Myſlêca* tecum, *myſlek y'mmu* vobiſcum.

Præterea in legendo æqualem ferè ſervant tonum, Gallorum vel Polonorum more, ut difficulter admodum cognoſcas, quæ vox vel ſyllaba habeat Accentum.

CAP. VI.

De Duplicatione Literarum cum Exemplo Lectionis, & Punctis Diſtinctivis.

DUplicatio literæ quæ apud Arabes per Teſdid, apud Hebræos mediante Dages fit, apud Æthiopes quidem etiam frequens eſt, ſed nullâ notâ indicatur, ideoque ratione & uſu diſcenda eſt. Regulam unam atque alteram hîc dabimus.

I. *Verba ſecundæ Conjugationis, formæ* ገበረ: Gabbára *in pronunciatione mediam geminant; ut:* ለመደ: *aſſvetus fuit, lege* lammáda. ቀተለ: Kattâla *occidit. & reſpondent ferè Arabum verbis ſecundæ Conjugationis* فعّل.

EXCIPE Verba quorum media eſt gutturalis. ut: ለአከ: laaca *miſit*, ለሐሠ: creavit.

II. *Secunda pluralis Præteriti maſculina penultimam geminat*, ut: ገበርክሙ: gabarky'mmu *feciſtis.*

III. *Nomina formæ* ግቡር: gybbur *mediam inter pronunciandum duplicant*, ut: ቅዱስ: *ſanctus* kyddus.

IV. *Literæ eliſio in pronunciando compenſatur.* qua de re vide regulas capitis octavi.

CAP. VII.

Exemplum Lectionis eſto ſolitum omnium Librorum principium, & Oratio Dominica.

Béſma áb wawé'd waménfes kyddûs ahadû amlâc.

በስመ: አብ: ወወልድ: ወመንፈስ: ቅዱስ: አሐዱ: አምላክ ፡:

In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti unici Dei.

አቡነ ፡

Abûna zabeſſamajât jytk'éddes ſy'mca. ty'mz'a meng'ſtka.
አቡነ : ዘበሰማያት : ይትቀደስ : ስምከ :: ትመጻእ : መንግሥትከ ::
Pater noſter, qui(es) in cœlis. Sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum.
jykûn fak'ádaka bacáma baſamâi wabamy'drni. Siſajána zalála
ይኩን : ፈቃደከ : በሰመ : በሰማይ : ወበምድርኒ :: ሲሳየነ : ዘለለ :
fiat voluntas tua, ſicuti in cœlo ita & in terra. Cibum noſtrum qui ſingulis
ylaty'na habâna jôm. Hy'dg lâna abasâna câma
ዕለትነ : ሀበነ : ዮም :: ሳዶግ : ለነ : ኀበሰነ : ከመ :
diebus noſtris (ſufficit) da nobis hodie. Remitte nobis peccata noſtra ſicut
ny'hnani ny'hdyg lâza abbâſa lâna. Wai'tab-âna wy'ſta
ንሳነኒ : ንሥዶግ : ለዘ : ለበሰ : ለነ :: ወኢትብለነ : ውስተ :
nos quoque remittimus illis, qui peccaverunt nobis. Et ne inducas nos in
mawsût, âlla adhynâna wabalhâna ymkuylû ykûj. yſmà ziâka
መንሱት :: አላ : አድኅነነ : ወባልሐነ : እምኵሉ : እኩይ :: እስመ : ዚአከ :
tentationem. Sed ſerva nos, & libera nos ab omni malo. Quoniam tuum
jyy'ti mengy'ſt hâjl waſybhât laâlama âlam amên.
ይእቲ : መንግሥት : ኀይል : ወስብሐት : ለዓለመ : ዓለም : አሜን ::
eſt regnum, potentia, & gloria in ſecula ſeculorum Amen.

Cæterum Æthiopes, ut vides, ſingulas voces binis punctis interpungere conſveverunt, (*quæ* ነቍጥ : *dicuntur :*) quod in lectione Manuſcriptorum magnum quidem affert adjumentum : Quod autem aliis diſtinctionum notis careant, id oppidò incommodum eſt, & ſenſum maximoperè ſuſpendit, vel confundit. Periodos verò quatuor punctis, ſed negligenter ſatis terminant ; (ነጥብ : *vocantur :*) quæ in Manuſcriptis plerumque quinque rubris augentur, ut omninò novem fiant. adeò ſcripturam ſuam & nimiùm interpungunt, & parùm.

CAP. VIII.

De Literarum eliſione & Vocalium mutatione & compenſatione, Canones aliquot generales.

CANON. I.

Litera ſexti Ordinis muta à ſimili aut cognatâ ſequente eliditur : illa verò in pronunciando ut paulò antè diximus, geminatur. ut :

ነደ : nedda.		
ነደት : Neddet. *Pſ.* 2. 13.		ነድደ :
ይነዱ : Jyneddu. *Pſ.* 7. 14.	*pro*	ነድደት : } arſit.
ይቲሐት : Jyttehat.		ይነድዱ : ardent.
እመጽሐፍ : Ymmetzhaf.		ይትቲሐት : humiliatur.
		እመመጽሐፍ : è libro.

እመንደቤ : Ymmyndabe.		እመመንደቤ : è tribulatione.
ርበት : Rybbet.		ርብበት : Expanſio.
አቅስት : Akſyt.	*pro*	አቅስትት : arcus.
መሰጥ : maſet.		መሰጥት : rapaces.
መውት : mywyt.		መውትት : mortua.
ትሕት : Tyhyt.		ትሕትት : humilis *fœm.*

CANON. 2.

Litera Dentales reſpuunt colliſionem Lingualium ት : ድ : & ጥ : *mutarum, eaſque expellunt. ut :* ይዜከር : Jyzzecar, *pro* ይትዜከር : recordatur. ይጸሐፍ : Jyzzehaf, *pro* ይትጸሐፍ: ſcribitur. *Sic* ስሱ : ſyſsù *pro* ስድሱ : ſex. ስሳ: ſyſsâ *pro* ስድሳ: Sexaginta.

CANON. 3.

Diphthongus radicalis, in derivatis, ut & ſtatu conſtructo manet ; modò ſi opus ſit, per competentes Ordines analogicè varietur. ut :

ለሐኘ : Formavit, finxit. 3. *Fœm. Pluralis Præter.* ለሐጓ : formaverunt. *Pſal.* 118. 73.

ተልሕኘ : Formatus fuit. ለላኩ : formator. ልሕኩት : Fictile.

Sic ጐጕለ : Sedulus, attentus fuit. *Fut.* እጊጕል : ſedulus ero. ጐጕል : ſedulus. ጐጕላ: ſedulitas.

ሰርጕ : Ornatus. *In ſtatu conſtr.* ሰርጐ: *Pl.* ሰርጊት: ornamenta.

CANON. 4.

Gutturalis ſexti Ordinis muta, literam primi Ordinis proximè præcedentem in quartum Ordinem transfert. ut :

ሰጣዕኽ: } *pro* { ሰመዕኽ:
ሰጣዕኺ: } *pro* { ሰመዕኺ:

ጸላእት : } *pro* { ጸለእት: Inimici.
ጣሓደር: } *pro* { መሓደር: habitatio.

Sic እትፈሣሕ: } *pro* { እትፈሠሕ: lætabor.
እሰጣዕ: } *pro* { እሰመዕ: audiar.

EXCIPE tertiam perſonam Præteriti primæ Conjugationis, ubi media Gutturalis Ordinis ſexti, literam quoque ſexti Ordinis antè ſe poſcit. ut : ርእየ: *Vidit.* ስእነ: *nequivit.* ርኅበ: *Eſuriit.*

CANON. 5.

At ſi Gutturalis ſexti Ordinis non ſit, nihilominus vocalem ſexti Ordinis ante ſe amat ; veluti : በልዐ: edit. አርስሐ: Condemnavit. ትትፈሥሒ: ትትፈሥሑ: *& ſic verba omnia quorum ultima radicalis eſt Gutturalis.*

CANON. 6.

ዐ : & ዖ : *Sexti Ordinis muta, poſt literam aliquam ejuſdem Ordinis, reſolvuntur in vocales Homogeneas, videlicet* ዐ : *in u, &* ዖ: *in i, ita ut præcedentes literæ iſtas vocales ſuſcipiant. ut :*

ውዓዝ : } *pro* { ሙዐዝ: Alveus fluminis.
ዉዳይ : } *pro* { ሙዐዳይ: Arca, capſula.
ዕሉት: *Matt.* 16. 4. { ዕለዐት: Rebellis.

ሢሎ : } *pro* { ለዐይሎ: Pone.
ቂለት: } *pro* { ቅይለት: Vomitus.
ኪዳን : } *pro* { ክይዳን: Fœdus.

NOTA (1) Prima radicalis Defectivorum Prima ዐ : in Subjunctivo ſine ulla compenſatione prorſus excidit ; ne literæ ኣይትን: ordinem mutare cogantur. *ut :* እደቅ: *cadam.* ትደቅ: *cadas.* pro እዐደቅ: ትዐደቅ:

NOTA (2) In Subjunctivo Defectivorum ſecunda ዐ : quamvis Analogicè ዐ: ſit ſonans, tamen in *u* reſolvitur. *ut :* እቁሎ: *pro* እቅዑሎ:

NOTA (3) Pauca quædam, non obſtante hoc Canone, etiam perfectè reperiuntur. *ut :* ህለዐት: *Org. l.* 4. *pro* ህሉት: *quæ eſt, &* ሕይዐት: *pro* ሔዐት: iſtud tamen *Lit.* 168. *c.* 2. *&* 170. *c.* 1. & alibi ſæpè reperitur.

CANON

CANON. 7.

ዐ: & ዖ: *ſexti Ordinis muta, poſt literam primi Ordinis reſolvuntur; & quidem* ዐ: *in* o. ዖ: *verò in* e. *ut:*

ቆመ:	*pro* ቀውመ: ſtetit.		አሕዮከ:	*pro* አሕየውከ: vivificaſti.	
እሴር:	እሴፈው: Spero.		ይዘር:	ይዘረው: Diſpergitur.	
ፈናከ:	ፈነውከ: miſiſti.		ሠይመ:	ሠየመ: poſuit.	

NOTA (1) Haud rarò tamen Diphthongeſcunt; *ut*: አውታር: *autâr, chordæ.* ሓይል: *hail, potentia.* Quod etiam fit in Præteritis defectivorum tertia radicali ዖ: *ut*: ወደይከ: *poſuiſti. Pſal.* 4. 7. ሐሰይከ: *cogitaſti.* ሐሰይኩ: *cogitavi.* Et in unico Præterito ſecundâ radicali ዖ: ሐይወ: *vixit. Matth.* 8. 13.

NOTA (2) Etiam ዐ: primi Ordinis reſolvitur in voce ሀለወ: *Fuit.* ሀሎ::

NOTA (3) Tertia radicalis ዖ: in forma ግብረት: quamvis primi Ordinis ſit, interdum ejicitur & per vocalem quinti Ordinis compenſatur; ut: ስሬት: pro ስርየት: *Remiſſio.* ርጫት: *pro* ርምየት: *Ictus.* ርቁት: *pro* ርቅየት: *Incantatio.*

Eodem modo ዐ: primi Ordinis in quarta Conjugatione Defectivorum ſecunda ዐ: nonnunquam excidit, & per vocalem ſeptimi Ordinis compenſatur; ut: አኖመ: *Soporavit* pro አእወመ: አዖረ: *Excæcavit*, pro አዕወረ: quod tamen etiam reperitur.

CANON. 8.

ዐ: & ዖ: *Ante ſe vix patiuntur vocales homogeneas* ሀ & ኀ. *ideoque literæ ſecundi vel tertii Ordinis præcedentes in ſextum mutantur, ut:*

ህልው: qui eſt; exiſtens.	*pro* ህሉው:		ለርእይ: ad videndum	*pro* ለርኢይ:	
ጽዕድው: albus.	ጽዕዱው:		አእዛንየ: aures meæ	አእዛኒየ:	
ረዳእየ: Adjutor meus.	ረዳኢየ:				

NOTA (1) Forma ገቢር: tàm in Verbis quàm in Nominibus vocalem tertii Ordinis retinet; ut: ነቢይ: *Propheta.* ዐቢይ: *magnus.* ፈደይ: *Retribuere. Pſal.* 54. 22.

NOTA (2) Scribentium incuriâ tertius vocalium Ordo cum ſexto ſæpiſſimè, etiam in optimis MSS. confunditur; quod propterea monere voluimus, ne quis Canonem noſtrum ideò incertum eſſe exiſtimet; ut: ረዳኢየ: *Pſal.* 27. 9. አምላኪየ: *Deus meus*; paſſim. pro quo tamen alibi rectiùs reperitur አምላክየ: *Pſal.* 7. 1. ናዕቢይ: *magnificemus eam. Org. lect.* 2. pro ናዕብይ: & ita in aliis.

CANON. 9.

1. *Vocales* ሀ & ኀ. *quæ in diverſis Verborum Temporibus perſonas terminant, accedente Affixo tertiæ perſonæ reſolvuntur in* ዐ: & ዖ: *quæ Affixa in ſe recipiunt*, ut ይብሉ: dicunt: ይብልዋ: dicunt ei. *Pſal.* 3. 2. ይዜውዉ: capiunt. ይዜውዋ: captivam ducunt eam. *Pſal.* 2. *tit.* ሐቀፍክዮ: complexa es eum. *Org.*

2. *Idem contingit Nominibus, ſi in Plurali accedat Syllaba* án *vel* át, *ut:* ዐራሲ: hæres. *Pl. M.* ዐራስያን: *Pl. F.* ዐራስያት:: *Sic:* ገባሪ: factor. *Pl. M.* ገባርያን: *Pl. F.* ገባርያት:

3. *Ita &* ዐ: *vel* ዖ: *in ſingulari quaſi lateus, in plurali ſe exerit, ut:* ዮሐብ: *Pl.* ከዋክብት: ſtellæ: ወሐዝ: *Pl.* ዐሐይዝት: Flumina.

GRAMMATICÆ

GRAMMATICÆ ÆTHIOPICÆ

LIBER SECUNDUS,

De Verbo.

CAPUT PRIMUM.

De Verbo in Genere.

1. NOn minùs hîc, ac in cæteris Orientalibus Linguis Verbum pro Radice eſt; & plerumque tribus, interdum quatuor eſſentialibus literis conſtat.

2. In eo autem conſideranda ſunt ſeptem. 1. *Qualitas.* 2. *Conjugatio.* 3. *Modus.* 4. *Tempus.* 5. *Numerus.* 6. *Perſona.* 7. *Genus.*

3. *Qualitate* Verbum eſt regulare ſeu perfectum: & irregulare ſeu imperfectum. Illud ſalvis tribus radicalibus per omnia tempora conjugatur: iſtud unam vel alteram radicalem in conjugando amittit. *vide Cap.* XIV. Præterea pauca quædam dantur planè anomala, ſicuti infra docebimus *Cap. XX.*

4. *Conjugationes* apud Æthiopes decem facimus, quæ ſuis Characteriſticis: vel inflectendi modo inter ſe diſtinguuntur; vel aliàs peculiarem ſignificationem, aut in derivatis effectum habent. Eſtque illarum ſecundum literarum numerum ſequens ordo:

I.	ገብረ:	VI.	ተገብረ:
II.	ገበረ:	VII.	ተገበረ:
III.	ጋበረ:	VIII.	ተጋበረ:
IV.	አገበረ:	IX.	አንገበረ:
V.	አገበረ:	X.	አስተገበረ:

Ex quibus tres priores primitivæ ſunt, à quibus cæteræ derivari poſſunt. Nullum tamen verbum in omnibus Conjugationibus occurrit, Nam ſolum ገብረ: in ſex conjugationibus ſub diverſa ſignificatione reperitur; ut:

ገብረ: *fecit.*	ተገብረ: *factus eſt.*
አገበረ: *fieri curavit.*	ተገበረ: *opus fecit, laboravit.*
አገበረ: *coegit.*	አስተገበረ: *exegit (pecuniam.)*

Cætera exempli tantùm & formæ cauſa addidimus. Aliàs non infrequenter Verbum in quinque Conjugationibus reperitur, veluti in una ex tribus primis Conjugationibus: In quarta vel quinta: in ſexta vel ſeptima: & denique

que in Octava & Decima; quamvis non eodem modo à ſe invicem deriventur. Nam Characteriſtica Activorum in Paſsivis non ſemper retinetur, veluti ab ሐነጸ: *ædificavit* fit ተሐነጸ: *Ædificatus fuit.* à ቀተለ: *Occidit* fit ተቀትለ: *Occiſus eſt.* Sicuti nec Characteriſtica Intranſitivorum in Tranſitivis: ርሕቀ: *Procul abfuit.* አርሐቀ: *amovit.*

5. Porrò notandum, Verba quatuor literarum in quatuor Conjugationibus tantùm reperiri, veluti in prima aut ſecunda; deinde in quinta; ut & in ſexta vel ſeptima; & denique in nona Conjugatione, & à Nominibus ſæpè derivari. *ut:*

à መንደቤ: *Afflictio.* አመንደበ: *Afflixit.*
ተመንደበ: *Afflictus fuit ab aliquo.*
አንፈርዐጸ: *Exiliit.*

CAP. II.

De Literis Characteriſticis Conjugationum, harumque diverſis formis.

QUælibet Conjugatio peculiarem habet Characteriſticam, ſed diverſas formas. de quibus nota Regulas Generales.

I. *Ultima Gutturalis, literam ſexti ordinis in omnibus Conjugationibus antè ſe requirit, ut:* ባልሐ: liberavit. ተበውሐ: poteſtate præditus fuit. ተባውሐ: alter alteri poteſtatem dedit. ሞቅሐ: ligavit. ተስሐ: miſcuit. *Quin & in quarta Conjugatione Defectivorum media* ወ: *ipſum* ው: *expellit; hinc pro* አብውአ: *dicitur* አብአ: attulit. *Marc.* 2. 44. *& pro* አብውሐ: አብሐ: poteſtatem dedit, à በዊሐ:

II. *Prima radicalis quarti, quinti vel ſeptimi Ordinis in Conjugationibus derivatis manet, ut:* ጣሰነ: Corruptus fuit in ſe. አጣሰነ: Corrupit. *Luc.* 15. 13. ተጣሰነ: Corruptus fuit ab alio. *Lev.* 26. 43. ቤዝወ: redemit. አቤዘወ: redimi curavit. ተቤዘወ: redemptus fuit. ሞቅሐ: ligavit, አሞቅሐ: ligari curavit. ተሞቅሐ: ligatus fuit.

III. *Verba quædam quorum media eſt Gutturalis, in eadem ſignificatione ſæpè dupliciter ſcripta reperiuntur. ut:* ምሕረ: *Matth.* 14. 14. *Marc.* 1. 41. *&* ምሐረ: Miſertus eſt. *Org. l.* 5. 1 *Pet.* 2. 10. *Rom.* 9. 15. *& alibi.* ምሕከ: *&* ምሖከ: pepercit, *de cæteris dubito an benè, ut:* ተሐነጸ: *Pſal.* 95. *tit. &* ተሐነጸ: *Job.* 20. 20.

Sequuntur Regulæ ſpeciales.

I. *Primæ Conjugationis Characteriſtica eſt Vocalis vel Diphthongus ſexti Ordinis in media radicali, Ejuſque ſequentes ſunt formæ. ut:* ገብረ: fecit. ጐሠአ: eructavit. ሐጕለ: periit. ርእየ: vidit. ቤዝወ: redemit. *nec non Defectiva* ነደ: arſit. ናመ: dormivit. ሄመ: Conſtituit. *per Canon.* 1. *&* 7.

NOTA: Si Characteriſtica hujus Conjugationis ſit Gutturalis, primam radicalem ſexti Ordinis efficit. *ut:* ምሕረ: *miſertus fuit.* ርእየ: *vidit.* ጽሀቀ: *deſideravit. ut in except. Can. quarti dictum.*

II. *Secundæ Conjugationis Characteriſtica eſt media radicalis Ordinis primi; quæ etiam tonum habet, ſicuti docuimus lib.* I. *c.* 5. *n.* 2. *Ejuſque ſequentes ſunt formæ, ut:* ነበረ: Sedit. ሾነነ: Judicavit. ዜነወ: annunciavit. ምሐለ: Juravit. ሰአከ: miſit. *Matth.* 27. 19.

NOTA

NOTA: Dari quædam verba, quæ in eadem ſignificatione diverſimodè ſcripta reperiuntur. ut: ነቅሀ: *Act.* 16. 27. & ነቀሀ: *Matth.* 25. 7. Verùm mendosè ut puto, ſicuti & hîc prius præferimus.

III. *Tertiæ Conjugationis* ጋበረ: *Characteriſtica eſt prima radicalis quarti Ordinis, & reſpondet tertiæ Conjugationi Arabum* فاعل. *ut:* ባረከ: بارك benedixit. ሰረረ: Fundavit. ጣሰነ: corruptus fuit.

IV. *Quartæ Conjugationis* አግበረ: *Characteriſtica eſt litera* አ: *cum prima radicali Ordinis ſexti. ut:* ገብረ: fecit, አግበረ: fieri juſſit. ርሕቀ: Procul abfuit, አርሐቀ: elongavit. ጐየ: fugit, አጕየየ: fugere coegit. *Sic* አምጽአ: adduxit. አምዕዐ: Irritavit. አገብአ: Reverti fecit, *per Can.* 5. *ſupra allegatum.*

EXCIPE አዴረየ: *Exæquavit. Org. lect.* 2. ab ዐረየ: *æqualis fuit.*

V. *Quintæ Conjugationis Characteriſtica eſt litera* አ: *ita tamen ut prima radicalis primi Ordinis mancat. ut:* አገበረ: coegit, አምከረ: tentavit, አሠነየ: exornavit. አለበወ: Inſtruxit. አሾነነ: præfecit ceu præſidem.

VI. *Sextæ Conjugationis Characteriſtica eſt* ተ: *Paſſivum & media radicalis ſexti Ordinis. ut:* ተገብረ: factus eſt. ተመርሐ: ductus eſt. ተሞቅሐ: *vinctus eſt. Et Paſſiva quartæ Conjugationis. ut ab* አንሠአ: elevavit, *fit* ተንሠአ: Surrexit. *ab* አምዕዐ: Irritavit *fit* ተምዕዐ: ad iram provocatus fuit.

NOTA: Verba quorum media radicalis eſt Gutturalis, in ſexta Conjugatione ſunt formæ ተምህረ: *didicit*, ut: ተምሕረ: *Miſericordiâ affectus fuit.* ተፅእከ: *Miniſtravit*, à ሰአለ: ተስእለ: à ሰአለ: *Petiit.* ተውህበ: à ወሀበ: *dedit.*

VII. *Septimæ Characteriſtica eſt etiam* ተ: *Paſſivum & ſecunda radicalis primi Ordinis. ut:* ተመከረ: tentatus, probatus fuit. ተቄወዐ: captus fuit. ተሾነነ: judicatus fuit.

NOTA: አልዐሰሰ: *Submiſsè locutus eſt* in hac Conjugatione vocalem ſeptimi Ordinis reſolvit in ወ: quod Characteriſticam hujus Conjugationis ſuſcipit. ut: ተልኀዎሰሰ: *Inter ſe mutuò ſubmiſsè loqui. Luc.* 12. 3.

VIII. *Octavæ Characteriſtica eſt litera* ተ: *cum prima radicali quarti Ordinis. ut:* ተማከረ: unus cum alio conſpiravit, ተሳለመ: unus cum alio pacem fecit. ተባልዐ: Unus alium devoravit, *per Reg. Generalem* 1.

IX. *Nona pro Characteriſtica habet ſyllabam* አን: *quæ non tantùm verbis trium literarum, ut* አንገለገ: congregatus fuit: *Sed ut plurimùm radicibus quatuor literarum præmittitur. ut:* አንፈርዐጸ: exiliit. አንቃዕደወ: elevavit: *nec non geminatis frequentiſſimè. ut:* አንበስበሰ: trepidavit, አንጕርጕረ: murmuravit, አንቈርቈረ: volvit, provolvit.

X. *Decimæ Characteriſtica eſt ſyllaba* አስተ: *cujus formæ ſunt tres.* ut:

1. አስተርአየ: Apparuit. አስተብረከ: in genua procubuit. *Marc.* 1. 4.
   አስተምሐረ: interceſſit pro aliquo አስተብቍዐ: ſupplex oravit, *per Reg. Gen.* 2.
2. አስተፈሠሐ: Exhilaravit. አስተበሠሐ: poteſtatem dedit.
3. አስተማወቀ: Calefecit. አስተሳለመ: Pacavit, pacificos reddidit.

XI. *Quadriliterа unam tantùm formam habent; ut* ቀጥቀጠ: Contrivit. ደምሰሰ: delevit. *Et ſecundum Can.* 4. & 5. ገፍትአ: Evertit, ሬሀርሀ: mitis fuit. *In quarta Conjugatione* አሠልጠነ: poteſtatem, facultatem dedit.

CAP.

CAP. III.

De Vi & Poteſtate Conjugationum.

1. IN primis tribus Conjugationibus Verba ſunt Activa, tàm Tranſitivè quàm Intranſitivè accepta, ut :

መርሐ : *duxit.*	ዐረገ : *aſcendit.*
ሰገደ : *adoravit.*	ተሳዘ : *triſtis fuit.*
ባረከ : *benedixit.*	ጣሰነ : *corruptus fuit.*

NOTA (1.) መልአ : *ſicut Hebraicum* מָלֵא *& tranſitivè & intranſitivè accipitur.*

NOTA (2.) *Multa Verba Intranſitiva, uno verbo æquipollenti Latinè reddi non poſſe, igitur notandum; Si in Lexico noſtro paſſivè reddantur, non accipi de paſſione ab alio illatâ, ſed de qualitate in ſe natâ vel exiſtente ; ut :* ሰፈፈ : expanſus fuit *ſcil.* in ſe ipſo, non ab alio. ጣሰነ : corruptus fuit *ſcil.* in ſe ipſo. ተጣ ሰነ : *autem ſignificat* corruptus fuit ab alio.

2. In quarta & quinta Conjugatione Verba ſunt Tranſitiva, vel ſimpliciter; ſi Verbum primitivum ſit Intranſitivum ; vel dupliciter, ſi illud fuerit Tranſitivum. Latinè verò efferuntur, vel per verba Activa, vel per verba juſſum aut impulſum inferentia, veluti *curavit, juſſit, fecit, effecit ut alter aliquid ageret, vel ut aliquid fieret. ut :*

ሐጕለ : *periit.*	አሕጕለ : *perdidit.*
ሠነየ : *bonum fuit.*	አሠነየ : *beneficio affecit.*
ሰገደ : *adoravit.*	አሰገደ : *ad adorandum induxit.*

NOTA (1.) *Quædam Verba harum Conjugationum, vel intendere ſignificationem, vel eam paulò remotiorem à primitivo ſuo habere, ut :* ገብረ : fecit. አገበረ : fieri fecit *vel* juſſit. አገበረ : coëgit. ነሠአ : ſumſit, abſtulit. አንሠአ : erexit, ſuſcitavit. መከረ : conſilium cepit, molitus eſt. አመከረ : probavit, exploravit.

NOTA (2.) አዕረፈ : *& Tranſitivè & Intranſitivè ſignificat, nempe* requievit, & requieſcere fecit, *ſeu* refocillavit : *Sic* አጽምአ : auſcultavit, *&* admovit aurem.

3. In ſexta & ſeptima Conjugatione ab Activis fiunt Paſsiva, ut ገብረ : *fecit,* ተገብረ : *factus eſt.* መርሐ : *duxit,* ተመርሐ : *ductus eſt.* ቈዐ : *cepit,* ተቈዐ : *captus fuit.*

NOTA (1.) *Quæ in Primitivis Conjugationibus innſitata ſunt, Intranſitivam hîc habent ſignificationem, ut :* ተሐሠየ : exſultavit, ተፈሠሐ : lætatus eſt, *cujuſmodi Verba apud Latinos Deponentia vocantur.*

NOTA (2.) *In ſexta Conjugatione Verba cultum corporis denotantia, ſignificationem habent actionis in ſubjecto permanentis, unde Reciproca à nonnullis vocantur, ut :* ተለብሰ : induit ſe, ተቀብአ : unxit ſe, ተጸዐበ : lavit ſe, ተዐጽፈ : amixit ſe.

NOTA (3.) *Verba quædam ſextæ Conjugationis non purè paſſivè, ſed cum effectu*

fectu Activi ſui ſunt accipienda, ut : አHH : juſsit, præcepit. ተአHH : obedivit, obtemperavit. ወጠወ : tradidit, ተወ ጠወ : accepit.

4. Octava Conjugatio actionem & cooperationem mutuam inter aliquos ſignificat, & reſpondet ſextæ Conjugationi Arabum تفاعل. ut ተማክረ : *conſultavit cum aliis.* Quæ Verba in Plurali ferè occurrunt, quia de pluribus ſermo eſt, ut : ተራከቡ : *occurrerunt ſibi invicem* : ተሳዐማ : *oſculatæ ſunt ſe invicem* : *Pſal.*84.11.

EXCIPE Verba à tertia Conjugatione derivata, quæ merè paſsiva ſunt, & a quarti Ordinis Activorum ſuorum retinent ; *ſecund. Reg. gen.* 2. ut : ባረከ : *benedixit.* ተባረከ : *benedictus fuit.* Ut taceamus quædam alia, in quibus actio mutua non quadrat ; ut ተሳለቀ : *illuſit, deluſit aliquem.*

5. In nona Conjugatione pleraque Verba impetum vel motum quendam reciprocantem denotant ; ut አንገለገለ : *concurſum facere.* አንቀልቀለ : *concuti, commoveri.* አንፈርዖጸ : *exilire.* አንጌዋየ : *hinc inde oberrare, vagari.* አንጕረጕረ : *murmurare* eſt.

6. Decima Conjugatio variè ſignificat : nam (1)quædam petendi & quærendi ſignificationem habent, ſicuti decima apud Arabes استدعل. ut : መሐረ : *miſertus eſt*, አመሐረ : *ad miſericordiam permovit*, አስተመሐረ : *miſericordiam petiit pro ſe, vel pro alio. i. e. interceſſit.*

(2.)Sicuti ſe habent Verba quartæ Conjugationis, reſpectu trium primarum Conjugationum ; ita verba hujus Conjugationis ſe habent reſpectu ſextæ, ſeptimæ & octavæ Conjugationis ; nimirum ex his in decima fiunt Verba ſimpliciter, & dupliciter Tranſitiva. ut : ተፈሠሐ : *lætatus eſt*, አስተፈሠሐ : *lætitia affecit.* Sic à ተሳተፈ : *particeps fuit*, አስተሳተፈ : *participem reddidit.* à ተሳነነ : *litem cum aliquo habuit*, fit አስተሳነነ : *litem inter aliquos excitavit.*

(3.)Nonnunquam intendere tantùm videtur ſignificationem ; ut : አስተሐመመ : *valdè anxius fuit animo.*

(4.)Peculiarem ſæpè & diverſam à radice habet ſignificationem, ut : ወደየ : *impoſuit*, አስተዋደየ : *accuſavit.* አስተርከበ : *vacavit, intentus fuit alicui rei.*

CAP. IV.

De Conjugationum à ſe invicem Derivatione.

1. A Conjugationibus Activis, derivantur Paſsivæ præmiſſo ተ : Characteriſtico ; ut ገብረ : *fecit*, ተገብረ : *factus eſt.* ፈጸመ : *abſolvit*, ተፈጸመ : *abſolutus fuit.* ሰረረ : *fundavit*, ተሰረረ : *fundatus eſt*, vel *fuit.* Rariora autem ſunt Paſsiva ab Activis quartæ vel quintæ Conjugationis, ut : አንሠአ : *excitavit*, ተንሠአ : *excitatus fuit*, id eſt, *ſurrexit.* አመዐዐ : *irritavit*, ተመዐዐ : *irritatus fuit.* አልዐለ : *exaltavit*, ተለዐለ : *exaltatus fuit.* *Pſal.*8.2.

NOTA : Secundam Conjugationem in Paſſivis characteriſticam ſuam plerumque mutare, ut ab ሐነጸ : *Pſal.*126.1. *fit* ተሐንጸ : *Joh.*2.20. *à* ቀተለ : *Pſal.*104.31. *fit*

31. *fit* ተቀትለ : occisus fuit *Matth.* 27. 4. *à* ገለጠ : Manifestavit *Psal.* 97. 3. ተገለጠ : Manifestatus fuit. *Mar.* 4. 22.

2. A Primitivis tàm Transitivis quàm Intransitivis, Verba quartæ Conjugationis formari possunt, secundum rationem in capite præcedenti dictam.

3. Verba quæ mutuam actionem admittunt, à Primitivis Activis derivari possunt in octava Conjugatione, secundum formam ተጋበረ : ut : ሳመ : *osculatus est*, ተሳመ : *osculati sunt se invicem.* ረከበ : *reperit*, ተራከቡ : *reperit alter alterum*, id est, *convenerunt.*

4. A sextâ, septimâ & octavâ Conjugatione, in decima fieri possunt Transitiva, tàm simpliciter quàm dupliciter ; ut : ተፈሠሐ : *lætatus est*, አስተፈሠሐ : *lætificavit.* ተራከቡ : *convenerunt inter se.* አስተራከበ : *convenire fecit aliquos inter se.*

CAP. V.

De reliquis Verborum Accidentibus, & in specie de Usu Temporum.

1. MOdos quatuor habent, Indicativum, Subjunctivum seu Optativum, Imperativum & Infinitivum.

2. PARTICIPIO carent, illud enim exprimunt modò per Futurum, modò per Infinitivum, ut suo loco dicetur.

Futurum ſeu Præſens Indicativi hîc formam habet Subjunctivi, ut;

	ኣብል: *dico, dicam. Luc.* 16. 27.				ንብል:		
Sing.	ትብል: *Matth.* 17. 25.	ትብኢ:		*Plur.*	ትብሉ: *Matt.* 13. 12.	ትብኣ:	
	ይብል: *Pſal.* 9. 34.	ትብል:			ይብሉ: *Pſal.* 72. 11.	ይብኣ:	

Subjunctivus vel Optativus.

	ኣበል:				ንበል:		
Sing.	ትበል:	ትበኢ:		*Plur.*	ትበሉ:	ትበኣ:	
	ይበል:	ትበል:			ይበሉ:	ይበኣ:	

Imperativus.

በል: *dic. Pſ.* 62. 2.		በኢ:	
በሉ:		በኣ:	

Infinitivus.

ብሂል: *dicere.*

In quinta Conjugatione habet

Sing.	ለበለ:	ለበለት:		*Plur.* ለበሉ: *Matt.* 27. 20. ለበኣ: &c.	
	ለበልክ:	ለበልኪ:			
		ለበልኩ:			

Imperativus.

Imperativus.

ለብል : ለብሉ : ለብሊ : *Org.* ለብላ :

Sexta Conjugatio ተብህለ: *dictus eſt*, & octava ተባህለ: *diſceptavit cum alio*, nihil habet difficultatis.

II. Minus irregulare eſt ክህለ : *potuit. Matth.* 22. 46. Id enim in Præterito perfectè conjugatur. ክህሉ : *potuerunt. Joh.* 12. 39. At Futurum ſeu Præſens Indicativi, præcedenti verbo ſimile eſt; ut:

	እክል: *poſſum & potero.*				ንክል: *Matt.* 20. 22.		
Sing.	ትክል :	ትክሊ :		*Plur.*	ትክሉ :	ትክላ :	
	ይክል :	ትክል :			ይክሉ :	ይክላ :	

Subjunctivus ſeu *Optativus regularis eſt.*

እክለል: *poſſim:* ክሙ:ኢይክሉ : *ne poſſint. Pſal.* 139. 11.

In reliquis temporibus & Conjugationibus nihil irregulare nobis occurrit. Sequitur nunc

III. Verbum ኀዐ: *age, veni.* quod in ſolo Imperativo occurrit : ኀዐ: *Pſal.* 79. 3. *Matth.* 14. 29. ንዒ: *Joh.* 4. 16. ንዑ: *Joh.* 21. 12. ንዒ: Huc denique referimus

IV. Impersonale ቦ: *eſt, datur, habet.* Quod, licet Præpoſitio ቦ : cum affixo tertiæ perſonæ eſſe videatur, quia tamen verbi ſignificationem & conſtructionem habet, ideò hûc referre viſum fuit. Reperitur autem cum affixis hoc modo: ቦቱ:ባቲ: *eſt illi.* ቦሙ:ቦን: *eſt illis, habent.*

Negativè componitur cum particula aliàs inuſitata ለል: ut; ኢልቦ : ኢልሦቱ : *non datur.* &c.

De Figura Verborum.

Nulla apud Æthiopes dantur verba compoſita, ſed ſimplicia compoſitorum Latinorum ſignificationem complectuntur: ſicut per univerſum Lexicum noſtrum liquet. ut; ሰጥረ: *ſcidit, abſcidit, diſcidit.* ኀበረ: *Manſit, permanſit.* Vel determinatio fit vi Præpoſitionis inſequentis. ut; ሀሎ : ላዕሌሆሙ : *pone ſuper eos.* i. e. *impone illis. Org. leſt.* 1.

GRAMMATICÆ ÆTHIOPICÆ

LIBER TERTIUS,

De Nomine.

IN quo considerabimus Nominum Terminationem, & Formationem; Speciem; Genus; Numerum; Declinationem; Motionem; Comparationem; & denique Figuram.

CAPUT PRIMUM.

De Terminatione Nominum.

NOminum terminationes in statu absoluto dantur in omnibus ordinibus, excepto primo.

In *n.* igitur terminantur Cardinalia. ut; ኣሐዲ: *unus.* ክልኤቱ: ሠለስቱ: &c. item ከንቱ: *vanum*, & ኵሉ: *omnis.*

In *i.* Nomina formæ ገባሪ: quæ Actorem denotat; ut ፈጣሪ: *Creator.* ጎዲኢ: *peregrinator.* Nec non Gentilia, & Denominativa in *AWI*; ut እስራኤላዊ: *Israelita.* ሰማያዊ: *cælestis.* item ብእሲ: *vir.*

In *a.* quarti ordinis desinunt, derivata à defectivis tertia ወ: ut; ጸሚ: *labor.* ተስፋ: *spes.* ወልታ: *Clypeus*, à ወለተ ወ: Et alia quædam formæ ፍሥሐ: *lætitia* ንስሓ: *pœnitentia*, ደንጎጻ: *plectrum.*

In *i.* quinti ordinis desinunt, nomina formæ ውዳሴ: *encomium.* ትንትኔ: *mutatio*, & alia quædam, ut; ሠረገላ: *trabs.* ኣርዌ: *serpens.* ሰራዊ: *exercitus.*

Sexti ordinis terminatio, in Substantivis & Adjectivis; propriis & Appellativis omnium frequentissima est, & passim obvia.

In *o.* terminantur Nomina formæ ገብሮ: quæ artis cujusdam effectum denotant. ut; ገላፎ: *sculptile.* ክውሎ: *fusile.*

CAP. II.

De Formatione Nominum.

FOrma Nominum duplex est: Nuda atque Aucta. Nuda cum nomen solis radicalibus constat; idque sub diversis formis, quarum plurimas ob oculos hîc ponemus, quò studiosus lector eas sibi familiares reddere possit.

Formæ

Formæ Nominum Subſtantivorum perfectorum Communiores ſunt:

(1.) ዘመን: *tempus*
(2.) ገበሬ: *factor*,
(3.) ሰማይ: *cælum.*
(4.) ገብር: *ſervus*
(5.) ቡራኬ: *benedictio*,
(6.) ባሕር: *mare*
(7.) ሳርዌ: *exercitus.*
(8.) ህላዌ: *eſſentia.*
(9.) ግብር: *opus.*

Adjectivorum.

(1.) ግቡር: *factus*,
(2.) ሐዲስ: *novus.*
(3.) ጉቡኤ: *congregatus.*
(4.) ካልኣ: *ſecundus, alter.*

Rariores v. ſunt: ለሐዲ: *unus* & ሠናይ: *bonus*, adjectiva. Et Subſtantiva

(1.) ሓጺን: *ferrum*, ሐቂይ: *ſtridor dentium*, formæ ነቢይ: *Propheta.*
(2.) ወረዛ: *juvenis*
(3.) ሠርዌ: *trabs.*
(4.) ሐፁር: *vallum.*
(5.) ብረር: *argentum*:
(6.) ብሒኣ: *acetum.*
(7.) ቀኒዓ: *famulus.*
(8.) ቀጥዒ: *Pſal* 36. 8.
(9.) ቀለሀ: *Ap.* 9. 7 መሐላ: *juramentum.*

Imperfectæ formæ ſunt:

(1.) ደመ: *ſanguis*
(2.) ሊቅ: *magiſter.*
(3.) ማይ: *aqua.*
(4.) ጨው: *ſal.*
(5.) ገራ: *favus.*
(6.) እድ: *manus*
(7.) ኵሉ: *omnis.*

Quò pertinent derivata à Defectivis ſecunda ወ: veluti ጸመ: *jejunium*, à ጸዊመ: ጸረ: *onus*, à ጸዊረ: *portare.* Et à Defectivis tertia ወ: ut, ጸገ: *labor*, à ጸገወ: ዜና: *nova* live *nunciatio*, à ዜነወ: *nunciavit.* ተስፋ: *ſpes*, à ተሰፈወ: *ſperavit.* A defectivis tertia የ: ut ስመ: à ሰመየ: ለሠን: à ሠነየ:

Voces quatuor aut plurimum literarum, nec non geminantes alteram radicalem. ut; ድንግል: *virgo.* ነፋፂ: *humidus, vapor nocturnus.* ኩብኩል: *nuptiæ.* ድልቅልቅ: *terræ motus*, ተንከተሎ: *pons*

Peregrina referre nihil attinet. ut; ሲኦል: *infernus*, ገሃነመ: גי־הנום, *Gehenna* በርሙዲ: *Cophtit.* ፋሞሀ, *Aprilis.* ቢሶስ: *byſſus.* Et Græca plurima, quæ tam ſuperſtitiosè retinuerunt, ut ne quidem caſum obliquum in rectum mutarent, incertum an ignorantia? ut; ሊጳጳ: ἔπαπα, ab ἔπαφ ጳንጥቄስ: ናር ዲ.: πρωτότοκος πάσης κτίσεως. *Joh.* 12. 3.

II. Aucta forma eſt, cum literæ ſerviles accedunt, quæ certam vocabulo vim atque ſignificationem tribuunt, eas memoriæ cauſa comprehendemus voce ወአምነትሰ: *credidit autem.* Et ſecundum ordinem, quem in Alphabeto obtinent, hîc diſponemus.

መ:

Format in quibuſdam nomina actoris, ut & nomina localia, nec non inſtrumentalia, quorum formas habes capite ſequenti; ut & alias nonnullas voces, veluti መርገም: *maledictio*, መግበር: *opus.*

ሰ:

In derivatis à decima Conjugatione, non niſi cum aliis duabus occurrit, ut እስትንፋስ: *halitus oris*, መስተቃትል: *bellator*.

ተ:

Adhibetur in principio vocis, ut; ተግባር: *negotiatio*. Vel in fine, ut; መለኮት: *divinitas*. አሸቴት: *laus*, ጽላሎት: *umbra*, quæ quidem formæ raræ ſunt. At frequentiſsima eſt forma nominum actionis ግብረት: *actio*, ንስተት: *deſtructio*. Et fœmininorum Adjectivorum, ut; ግብርት: *facta*. ቡርክት: *benedicta*; ut & pluralium in *ât*, ut; ነቢያት: *Prophetæ*. ሐዋርያት: *Apoſtoli*. Vel utrinque, ut; ትምህርት: *doctrina*, à ተመሀረ: *didicit*. ቱስሕት: *commixtio*, à ቶስሐ: *miſcuit*.

ነ:

In fine vocis efficit abſtracta, ut; ድንግልና: *virginitas*, à ድንግል: *virgo*. ልዕልና: *celſitudo*, à ልዑል: *excelſus*. ሙስና: *corruptio*, à ሚሰነ: *corruptus fuit*, pro ሙስንና: per Can. 1. lib. 1. ሕሊና: *animus, cogitatio*, pro ሕልይና: per Can. 6. lib. 1. ብርሃን: *lux*. ግዕዛን: *Org.* 23. ርስለን: *ſenectus*. ዕርቃን: *nuditas*, per Can. 6. lib. 1.

አ:

Pluralem format ab initio vocis, ut; አወራሓ: *menſes*, à ſingulari ወርሓ: *menſis*. Sed extra caſum pluralis rariores ſunt voces ab አ: ſervili incipientes, veluti አምላክ: *Deus*, à አመለከ: *pro Deo coluit*, አርያም: *cælum ſupremum*. አክሊል: *corona*, à ኸለለ: *coronavit*. አጽባዕት: *digitus*. እንስሳ: *animal*. አሸሐትዮ: *pruina*. እግዚእ: *dominus*. አንበሳ: *leo*. አንቀጽ: *porta*. አርዑት: *jugum*. አማዑት: *viſcera*. Quæ formæ vix unam aut alteram parem habent. In multis etiam literam አ: pro radicali in Lexico noſtro habuimus.

ወ:

Semel atque iterum pluralem format in medio vocis, ut; ሓጣውኢ: *peccata*, à ሓጢአት: *peccatum*, quod eſt ab ሓጥአ; At in fine vocis efficit denominativa & gentilia, ut; መድረዊ: *terreſtris*, à መድር: *terra*. ናዝሬዊ: *Nazarenus*.

Porrò notandum eſt, præter exempla ſupradicta plures ſerviles in una voce concurrere poſſe, vel utrimque: ut; መጥባሕት: *culter, ſica*, à ጠብሐ: *mactavit*. & in pluralibus Nominum, ut; አግብርት: *ſervi*, à ገብር: *ſervus*: Vel in fine Adjectivorum fœmininorum, ut; መድረዊት: *terreſtris*, à መድር: *terra*.

NOTA: ግብርና: ſervitus, à ገብር: ſervus, *in aliis vix occurrit*, & ልህቃት: *Luc.* 1. 36. *vix ſui ſimilem formam habent*.

CAP. III.

De Specie Nominum.

PRimitiva ſunt ሰብእ: *homo* ቀኛዔ: *famulus*, እዝን: *auris*.

NOTA: Nos in Lexico noſtro, quo morem receptum ſervaremus, plerumque verba pro radice retinuiſſe; quamvis à Nominibus derivata viderentur, ut; ርእሰ: caput, princeps fuit, *à* ርእስ: caput. *quæ ſtudioſus linguæ facile dignoſcere poterit.*

Derivativa verò ſunt vel Verbalia, vel Nominalia: tàm Subſtantiva quàm Adjectiva.

I. Sub-

I. Substantiva Verbalia denotant vel Actorem vel Actionem, vel Locum aut Instrumentum actionis, vel denique Effectum ipsum.

1. Nomina Actoris, quæ Latinè communiter definunt in *TOR*: sunt formæ ገበሪ: *factor*, ut; ረዳኢ: *adjutor*. ፈጣሪ: *creator*. በቋዒ: *benefactor*. ሰራቂ: *fur*. ሰሓኩ: *formator*, à ሰሐሾ:

Derivativa à tertia, quarta & quinta Conjugatione assumunt መ: servile, hoc modo; መናዝዝ: *consolator*, à ናዘዘ: *solatus est*. መበስር: *bonus nuncius*, ab አብሰረ: *bona nunciavit*. መበስል: *coquus*. Item መንጽሒ: *purificator*. መድሓኒ: *salvator*, ab አድሓነ: *salvavit*. ማሕየዊ: *Lit.* 160. & *Org. lect.* 2. መድሓን: *Luc.* 2. 11. መቤዝው: *Lit. MSS.* Pauciſsima in utraque forma reperiuntur, ut; መክሪ: & መምክር: *conſiliarius*, à መከረ: quorum prius regulare eſt. Vel à verbis ſecundæ, rarius primæ Conjugationis derivantur, ut; መህረ: *docuit*, መምህር: *Doctor*. ገሠጸ: *redarguit*, መገሠጽ: *qui aliquem redarguit* vel *reprehendit*. 1 *Tim.* 3. 2. መከልኦ: *impediens*, à ከልአ: Rariſsimè characteriſticam retinent, & more derivatorum primæ vel ſecundæ Conjugationis terminantur, ut; አጣ ሳኒ: *perditor, vaſtator*. *Lit. MSS.* አእትቲ: *qui tollit* vel *aufert*. ጸ:ር: አንቃዒ: *excitator, reſuſcitator*. 1 *Sam.* 28. 9. pro quo rectius legitur መንቅዒ: *Lit. MSS.*

Verba ſextæ vel ſeptimæ Conjugationis act.vè ſignificantia, ex ſe quidem etiam formant Nomina actoris, ſed per rarò, veluti ተጸንጸሊ: *tinniens. Org.* ተዐጋሊ: *oppreſſor, calumniator*. 1 *Pet.* 1. 18. Quin & paſsivæ ſignificationis nomen inde derivatum reperitur: ተፈናዊ: *miſſus*. *Lit.* 171. *c.* 2. *in fin.*

2. Nomina Actionis quæ Latinè definunt in *IO*, ſunt (1) formæ ግብረት: *actio*, ut; ቅንዮት: *ſubjectio*. ስክረት: *inebriatio*, ſive *ebrietas*. ንብረት: *ſeſſio*, ስክበት: *cubatio*.

Quandoque actio accipitur pro ipſo effectu, ut; ፍጥረት: *creatura*. Defectiva *per Can.* 5. *lib.* 1. faciunt ቁመት: pro ቆውመት: *ſtatio*, ቂአት: *vomitus*.

(2) ſunt formæ ቅደሴ: *ſanctificatio*. ውዳሴ: *laudatio*.

NOTA: Derivata à tertia Conjugatione, in prima radicali poſſident vocalem ordinis ſecundi, ut; ሱራሬ: fundatio, *à* ሳረረ: fundavit. ቡራኬ: benedictio, *à* ባረከ: benedixit. ጉባኤ: congregatio, *à* ተጋብአ: Congregari. Idem contingere videtur, ſi Nomen derivetur à Verbo, cujus prima radicalis eſt Gutturalis, ut ab ሐቀፈ: fit ሑቃፈ: *amplexus. Org. lect.* 1. quia ሐ: eundem in quarto ordine ſonum habet, ac in primo. *l.* 1. *c.* 3. *n.* 1. *Exc.*

Huc denique pertinent Infinitivi nominaſcentes, *de quibus dictum. l.* 2. *c.* 5 *n* 10.

3. Quæ locum Actionis denotant, ea ſunt formæ መግቦር: quamvis hoc fallat in hac ipſa voce, quæ agendi rationem, & vitæ inſtitutum denotat. ut; መጽላይ: & መለጣይ: *locus orationis, oratorium*. መልዓል: *locus exaltationis*. *Org.* መሕረም: *locus ſuperſtitionis*, i. e. *templum idolorum*. መጕያይ: *refugium*. *Org.* à ጕየ: *ſecundum Can.* 3. *lib.* 1.

4. Nomina quædam dantur, quæ inſtrumentum, modum, vel etiam ſubjectum actionis ſignificant, adeoque nonnunquam cum præcedentibus confundi videntur: ea autem ſunt formæ መግበር: quod *inſtrumentum* ſignificat, ut; መንበር: *ſedes*, à ነበረ: *ſedit*. መጽሐፍ: *liber*, à ጸሕፈ: *ſcripſit*, quæ duo Nomina, tàm pro inſtrumento, quàm pro ſubjecto actionis accipi poſſunt. Sic ማዕገት: *inſidias*, ſive propriè *ſubjectum*, vel *locum inſidiarum* denotat; ማኅደር: *habitatio*. ubi መ: quarti ordinis eſt per Can. 4. lib. 1.

5. Effectum

5. Effectum opificii significant nomina formæ ግብር : ut ; ግልፎ : *sculptile.* ስብኮ : *fusile.* ኦንሞ : *textile.*

II. Sequuntur Adjectiva, quorum nonulla Participii præteritum passivum in *Tus, Sus* & *Xus* repræsentant, eorum prima (1.) ac communissima forma est ግቡር : *factus.* ፍጡር : *creatus.* ብዙኅ : *multus.* ብፁዕ : *beatus.*

Huc spectat ህልው : *existens*, pro ህሉው : ጽዕድው : pro ጽዕዱው : *Albus*, per can. 8.

NOTA: Derivata à tertia Conjugatione, primam radicalem in secundo constituunt ordine, ut supra de Nominibus actionis diximus. ut ; ቡሩክ : benedictus *à* ባረከ : ሙሱን : corruptus *à* ሚሰነ : *& pauca assumunt* ሙ : *ut* ; ሙንዙዝ : consolatione affectus, *à* ናዘዘ : .

Verba quatuor literarum, ut & geminantia alteram radicalem, sunt formæ ቅጥቁጥ : *contritus.* ንሕኩሕ : *concussus.* ግብሱስ : *gypsatus.*

(2.) Altera forma est ሐዲስ : *novus.* ዐቢይ : *magnus.* መሪር : *amarus.*

(3) Tertia eaque minus frequens ካልእ : *alius.* ባቍዕ : *utilis.* ጻድቅ : *justus.* ሪትዕ : *verax.* Et Ordinalia, incipiendo à ካዕብ : *secundus.* ሣልስ : *tertius.* ራብዕ : *quartus.* ኃምስ : *quintus.* &c.

NOTA: Adjectiva latina in bilis, *Æthiopicè redduntur per Præsens passivi, ut* ; ዘይትረአይ : visibilis. ዘይትገሰስ : tangibilis.

III. Pergimus ad Nominalia ; &quidem

1. Abstracta, tam à Substantivis quàm Adjectivis derivata, ut ; ድንግልና : *virginitas*, à ድንግል : *virgo* ቅድስና : *sanctitas*, à ቅዱስ : *sanctus.* ልዕልና : *celsitudo*, à ልዑል : *excelsus.* à ገብር : *servus*, fit ግብርናት : *servitus.*

2. Gentilia in *AWI*, ut ; ሊትዮጵያ : ሊትዮጵያዊ : *Æthiops.* እስራኤላዊ : *Israelita.* Quæm formam retinent Adjectiva quædam Nominalia, sive denominativa, ut ; ሰማይ : *cælum*, ሰማያዊ : *cæleſtis.* ምድር : *terra*, ምድራዊ : *terrestris.* መለኮታዊ : *divinus.*

Diminutivis planè carent, ea autem indicant per periphrasin, ut ; ንብድ : እንተ : ትንእስ : *jecur minus, seu jecusculum. Lev.* 3. 4. ሐመር : ንእስት : *navis parva.* i. e. *scapha. Act.* 27. 16.

CAP. IV.

De Nominibus Numeralibus.

NUmeralia à Grammaticis variè collocantur, nobis ea nunc tradere visum fuit, postquam de diversis Nominum speciebus egimus. Præcipua v. sunt Cardinalia & Ordinalia, quorum hic duplex est formatio.

1. Cardinalia post interrogationem *Quot ?* Æthiopicè ሚመጠን : locum habent, veluti

፩ :	አሐዱ : *unus.*	1.	Vel ſecundum formam antiquã, uti vocabat Æthiops meus.		
፪ :	ክልኤቱ : *duo.*	ክልኤ :	2.		
፫ :	ሠለስቱ :	ለሠልስ : *tres, tria.*	3.		
፬ :	አርባዕቱ :	ርብዕ : *quatuor.*	4.		
፭ :	ሓምስቱ :	ሓምስ : *quinque.*	5.		
፮ :	ስድስቱ :	ስድስ : *ſex.*	6.		
፯ :	ሰብዐቱ :	ሰብዕ : *ſeptem.*	7.		
፰ :	ሰመንቱ :	ሰመን : *octo.*	8.		
፱ :	ተስዐቱ :	ትስዕ : *novem.*	9.		
፲ :	ዐሠርቱ :	ዕሠር : *decem.*	10.		
፳ :	ዕሠራ :	20.			
፴ :	ሠላሳ :	30.			
፵ :	አርብዓ :	40.			
፶ :	ሓምሳ :	50.			
፷ :	ስሳ :	60.			
፸ :	ሰብዓ :	70.			
፹ :	ሰማንያ :	80.			
፺ :	ተስዓ :	90.			
፻ :	መአት :	100.			
፲፻ :	ዐሠርቱ :	መአት :	1000.		
፳፻ :	ዕሠራ :	መአት :	2000.		
፼ :	እልፍ :	10000.			
፼፼ :	ክልኤ :	እልፍ :	20000.		

2. ORDINALIA, poſt interrogationem *quotus?*

	I. Maſc.	Fœm.	II. Maſc.	Fœm.
	Primus.			
1.	ቀዳማዊ : & ቀዳሚ :	ቀዳሚት :	ቀዳማይ :	ቀዳሚት :
	Secundus. ደግመ :			
2.	ደግማዊ : & ካዕብ :	ካዕብት :	ደግማይ :	ደግማት :
3.	*Tertius.* ሣልስ :	ሣልስት :	ሣልሳይ :	ሣልሲት :
4.	*Quartus.* ራብዕ :	ራብዕት :	ራብዓይ :	ራብዒት :
5.	*Quintus.* ኃምስ :	ኃምስት :	ኃምሳይ :	ኃምሲት :
6.	*Sextus.* ሳድስ :	ሳድስት :	ሳድሳይ :	ሳድሲት :
7.	*Septimus.* ሳብዕ :	ሳብዕት :	ሳብዓይ :	ሳብዒት :
8.	*Octavus.* ሳመን :	ሳመንት :	ሳመናይ :	ሳመኒት :
9.	*Nonus.* ታስዕ :	ታስዕት :	ታስዓይ :	ታስዒት :
10.	*Decimus.* ዓሠር :	ዓሠርት :	ዓሠራይ :	ዓሠሪት :
		Porrò		
20.	*Vigeſimus.*	ዕሠራዊ :	ዕሠራዊት :	
30.	*Trigeſimus.*	ሠላሳዊ :	ሠላሳዊት :	

NOTA (1.) *Forma* ሳልስ : *&c. Convenit formâ c. Ar.* خامس, رابع, ثالث.

NOTA: (2.) *Æthiops meus ſecundum duas priores formas ſæpè efferebat & reliquus, ut;* ሣልሳዊ : ራብዓዊ : ኃምሳዊ : *&c. quas tamen in libris non reperi.*

3. DISTRIBUTIVIS, quæ locum habent poſt interrogationem *quoteni?* ſive *quot unà?* Æthiopes carent; eorum autem loco vel Cardinales numeros geminant, ut; አሐዱ : አሐዱ : *ſinguli,* & ſic deinceps: vel pro ratione conſtructionis particulis በበ : & ለለ : utuntur. ut; ለለ : ዕለትን : *ſingulis diebus noſtris.* Orat. domin.

4. PRO-

4. PROPORTIONALIA Subſtantiva, ad quæſtionem *quotuplum?* ſunt: ካዕበት: *duplum*, ተለዓልዎት: *triplum*, ተርብዕት: *quadruplum*, ተሓምስት: *quintuplum*, & ita porrò.

5. TEMPORALIA, quæ tempus certum ſignificant, ſunt; እሑድ: *feria prima*. አሚር: *prima dies menſis*, i. e. *Calenda*. ሰኑይ: *ſecunda dies*, vel *feria*, *fœm.* ሳኒት: ሠሉስ: *tertia*, ረቡዕ: *quarta*. ኀሙስ: *quinta*, ሰዱስ: *ſexta*: At de feria ſexta ſeptimanæ uſurpatur ዐርብ:: ሰቡዕ: ሰሙን: ተሰዐ: ዐሡር: *decima*.

6. VERBALIA, quæ & multiplicativa Latinè deſinunt in *Tus*: vel *Nus*, vel in *plex*, ad quæſtionem *quotuplex?* ut; ክዑቡ: *duplicatus*, *duplex*. ለሉለሠ: *trinus*, *triplex*. ርቡዕ: *quadratus*. ኀሙስ: *quintuplex*, & ita porrò.

CAP. V.

De Genere Nominum.

Regulæ Generales.

COmmunia ſunt quæ de utroque ſexu uſurpantur; ድንግል: non *virginem* tantùm; ſed & *marem* incorruptæ caſtitatis ſignificat. ላህም: *bos*, utriuſque generis eſt.

Maſculina ſunt

I. Nomina ſexum maſculinum & officia virilia denotantia, ut; ሐዋርያ: *Apoſtolus*, ነቢይ: *Propheta*.

II. Nomina actorem denotantia, formæ ገባሪ: &c. de quibus ſupra, ut; ሐራሢ: *arator*.

III. Nomina Menſium; quos Æthiopico ordine referemus:

1. መስከረም: *September*.	7. መጋቢት: *Martius*.
2. ጥቅምት: *October*.	8. ሚያዝያ: *Aprilis*.
3. ኅዳር: *November*.	9. ግንቦት: *Maius*.
4. ታህሳስ: *December*.	10. ሰኔ: *Junius*.
5. ጥር: *Januarius*.	11. ሐምሌ: *Julius*.
6. የካቲት: *Februarius*.	12. ነሐሴ: *Auguſtus*. Incipit 25. Julii.

At contra Fœminina ſunt.

I. Nomina quæ ſexum fœmineum, ejuſque officia denotant, ut; ማርያም: *Maria*. እም: *mater*. እቤር: *vidua*.

II. Nomina Regionum, urbium & arcium, ut; ግብጽ: *Ægyptus*. ኢየሩሳሌም: *Jeruſalem*. *Pſal.* 78. 1. ጽዮን: *Zion*. *Pſal.* 2. *tit.* ቤተ: ልሔም: *Bethlehem*. *Org.*

III. Nomina membrorum corporis geminorum, ut; እግር: *pes*. *Pſal.* 24. 16. ዐይን: *oculus*. *Pſal.* 12. 4. እድ: *manus*. እዝን: *auris*. *Pſal.* 9. 41. ብርክ: *genu*. *Org.*

IV. Nomina quantitatis, ut; ብዝኀ: *multitudo*. *Org. lect.* 2.

V. Nomina abſtracta, ut; ድንግልና: *virginitas*. ሕሊና: *mens*.

VI. Deſinentia in ት: ſervile: ትእምርት: *ſignum*, ልደት: *nativitas*, ታቦት: *arca*. *Org.* ማኅሌት: *canticum*. *Pſal.* 72. *tit.* መንግሥት: *regnum*. *Pſal.* 78. 6. ኀጢአት: *peccatum*. *Pſal.* 72. 6. *Org.* ሰዓት: *hora*, *Matth.* 8. 13. His adde ቤት: *domus* & contra. Excipe ሞት: *Mors*. *Maſc.* *Joh.* 8. 51, 52.

VII. Deſinentia in ር: ut; ሀገር: *urbs*, ምድር: *terra*, ሐመር: *navis*, ቀመር: *conclave*, *camera*. *Org.* ቅጽር: *paries*. *Org. lect.* 6. At ሣዕር: *gramen*, maſculinum

linum eſt. *Pſal.* 89.6. ut & ጠፈር: *firmamentum. Gen.* 1. 8. ደብር: *Pſal.* 97. 9. & 103. 33 & ገብር: *ſervus*, per Regulam generalem.

De cæteris ſæpè dubitavimus, an ullum generis diſcrimen apud Æthiopes daretur, ob creberrimam generis Enallagen, (*Exemplum eſt* 1 *Cor.* 2. 9. *ubi legitur:* ዘዐይኑ: ሊረእዮት: ወእዝኑ: ሊሰምዐት: *qui tamen locus Lit. MSS. legitur in Maſc. h. m.* ዘዐይኑ: ሊረእየ: ወእዝኑ: ሊሰምዐ:) cujus ne certa quidem ratio appareret. Et quamvis genera Nominum ſingulariter cognita habeamus, regulas tamen vel ſecundùm genera rerum: vel ſecundùm nominum formas: vel denique ſecundùm terminationes univerſaliter tradere ſupersedemus. Quin & diſcipulorum noſtrorum diligentiæ aliquid relinquendum eſt, quibus ad inſtituendam obſervationem hanc cautelam ſuppeditamus, fallere plerumque quoad genus, conſtructionem Adjectivi cum Subſtantivo, & Verbi cum Nomine, certiorem verò eſſe affixorum ኡ: ኣ: ኦ: ኦን: rationem. Ea tamen interdum fallere.

CAP. VI.

De Numero Nominum.

NOn multò minùs difficultatis habet Numerus, qui duplex eſt, Singularis, & Pluralis. Hic autem vel Regulariter vel Irregulariter formatur, eodem prorſus modò; ac iiſdem ferè formis ut apud Arabes.

SANA igitur nobis ſunt Pluralia in *ân* & *ât*.

In ân *deſinunt*

1. Adjectiva Maſculina omnia, ut:

Sing.	Plur.
ብዙኅ: *multus.*	ብዙኃን:
ህልው: *exiſtens.*	ህላዋን:
ሐዲስ: *novus.*	ሐዲሳን:
ካልእ: *alius.*	ካልኣን:

2. Subſtantiva actoré denotantia, quæque formam Adjectivorum habent, ut:

Sing.	Plur.
ፈሪዕ: *impius.*	ፈሪሓን:
ንዳይ: *pauper.*	ንዳያን:
ኃጥእ: *peccator.*	ኃጥኣን:

NOTA (1.) *Deſinentia in* ì *tertii Ordinis, illud reſolvunt in* ዮ: *quò ſyllabam* ân *ſuſcipere poſſint: ut:* ሰማያዊ: cæleſtis, ሰማያውያን: ወላዲ: genitor ወላዲያን: *per Can.* 9. *n.* 2. *lib.* 1. *c.* 8. ሊትዮጵያዊ: Æthiops, ሊትዮጵያውያን:

EXCIPE ዐረጋዊ: *ſenex*, ሰዓረግ: *ſenes*; & ነቢይ: *Propheta*, ነቢያት: *Propheta.*

NOTA (2.) *Plurima hujus formæ Plurale fractum ſeptimæ formæ uſurpare, ut:*

Sing.	Plur.	Sing.	Plur.
ጸሐፊ: *ſcriba*	ጸሐፍት:	ሠዋዊ: *ſacerdos*	ሠዋዕት:
ሐራሲ: *Agricola*	ሐረስት:	ጸባሊ: *hoſtis*	ጸባእት:

ገበሬ: *utroque modo facit* ገበርያን: & ገበርት:

In ât *deſinunt*

1. Fœminina quorum maſculina ſecundum regulam præcedentem deſinunt in

âm. ut; ብዙኃት : *multæ.* ህልዋት : *existentes fœmin.* ሐዲሳት : *novæ.* ካልኣት : *aliæ.* ሰማያውያት : *cælestes.* ወላድያት : *genitrices. Org.*

2. Voces vocali longa destitutæ, & in fine ት : servili auctæ, ut; ሰማዕት : *testis.* Plur. ሰማዕታት : ልደት : *nativitas.* Plur. ልደታት :

NOTA: ብርሃን : Lumen, *facit* ብርሃናት : Lumina.

3. Desinentia in *a* quarti Ordinis, tàm masculina quàm fœminina, assumunt tantùm in plurali ት : ut :

Sing.	Plur.	Sing.	Plur.
ሐዋርያ : *Apostolus.*	ሐዋርያት :	ጊደ : *donum.*	ጊዳት :
ዐሣ : *piscis.*	ዐሣት :	ኳሊሳ : *pila.*	ኳሊሳት :
ጸጋ : *gratia.*	ጸጋት :		

EXCIPE ሐረያ : *porcus,* አሕርያ : አንበሳ : *leo,* አናብስት :

4. Nomina Propria. ut; መቃሪስ : *Macarius.* መቃሪሳት : ut & Nomina officiorum peregrina: ጳጳሳት : ሌጌስ: ቆጶሳት :: ደያቆናት:

PLURALE FRACTUM decem formas habet, quas per tres classes secundùm numerum literarum ordinamus.

I.	II.	III.
1. ግበር :	3. ለጋብር : 6. ለግብር :	9. ለግብርት :
2. ግቡር :	4. ለግቡር : 7. ገበርት :	10 ለግባርት :
	5. ለግባር : 8. ገባሪት :	

Prima ግበር :

Fit (1.) à singulari ግብር : ut : ሕዝብ : *populus,* ሕዘብ : *populi.* ሕብር : *color,* ሕበር : *colores.* እብን : *lapis,* እበን : *lapides.*

(2.) A Defectivis formæ እድ : *manus. Pl.* እደው : Item አብ : *pater.* Plur. አበው: አፍ: *Os,* አፈው :

EXCIPE ስመ : quòd habet አስማት : *nomina.* ሐጽ : *sagitta.* Pl. አሕጻ : & አሕጻት :

Secunda ግቡር :

In unica voce ወልድ : *filius* occurrit, quod facit ውሉድ : *filii.*

Tertia ለጋብር :

Fit à singulari ጋበር : ut በግዕ : *ovis.* ለባግዕ : *oves.* ወለት : *filia,* ለዋልድ :

Quarta ለግቡር :

Fit (1.) à ገበር : ut ገመስ : *obolus,* ለገሙስ : *oboli.* ሐረግ : *palmes.* Pl. ለሐ ረግ: ሀገር : *urbs,* አህጉር : *urbes. Psal.* 68.40. alibi tamen legitur አሕጉር : (2.) à ገብር : ut : ዐጽቅ : *ramus,* Pl. አዕጹቅ: *rami.* (3.) Irregulare est ዐረጋዊ: quod habet አዕረግ :

Quinta ለግባር :

Frequens ista forma (1.) à ጉብር : ut ወርኀ : *mensis,* አወራኅ: *menses.* ዐምድ: *columna,* አዕማድ : (2.) à ገበር : ut : ዘመን : *tempus,* ለዝማን: *tempora.* ፈለግ: *flumen,* አፍላግ : *flumina.* እመት : *ancilla.* Pl. አእማት : (3.) à ግብር : ut : ምድር : *terra,* አምዳር : (4.) Defectiva à Verbis Defectivis media ወ : vel ዩ : desinentia, literas istas in vocalem homogeneam resolutas, in Plurali revocant.

cant. ut : ቤት : *domus*, Pl. ኣብያት : ቤዝ : *Venus Planeta.* Pl. ኣብያዝ: ዖፍ: *avis.* Plur. ኣዕዋፍ : ሿክ : *ſpina*, Plur. ኣሠዋክ :

Sexta ኣግብር :

Fit in nonnullis à ſing. ገብር : ut : በትር : *baculus*, ኣብትር : *baculi.* ወግር: *collis*, ኣውግር : *colles.*

Septima ገበርት :

Fit à Singulari ገባሪ : ut ſupra dictum. Sic ጸሓፊ : *ſcriba*, ጸሐፍት : *ſcribæ.* ጸላኢ : *inimicus*, ጸላእት : *per. can.4.lib.1.c.8. 2.* ፈንጥሠ : fit ፋንሠት :

Octava ገበሪት :

Fit conſtanter à forma ጋብሬ : ut ኣርዌ : *beſtia*, ኣራዊት : *beſtiæ.* ሳርዌ : *exercitus*, ሰራዊት :

Nona ኣግብርት :

Fit (1.) à ገብር : *ſervus.* Sic ረድኣ : *diſcipulus*, ኣርድእት: *diſcipuli.* ነምር : *Pardus*, ኣንምርት : (2.) à ጋብር : ut ባሕር : *mare*, ኣብሕርት : *maria.* ሳህም : *bos*, ኣልህምት : (3.) à ግብር : ut ርእስ : *caput*, ኣርእስት: *capita.* ንስር: *aquila*, ኣንስርት :

Decima ኣግባርት :

Sunt quædam Pluralia formæ quintæ quæ ት : ſervile in fine aſſumunt, ut à ቀመስ : fit ኣቅማሥ : & ኣቅማሕት :

Ex quibus videre eſt Singularem ex plurali fracto, aut vice verſa, paucis exceptis, colligi non poſſe. Nam, uti ex allegatis exemplis apparet, forma ſingularis ገበር : admittit quartam & quintam formam pluralem. Forma ገብር : admittit interdum ſecundam & quartam ; ſæpiùs quintam & nonam ; aliquandò & decimam ; imò & plurale ſanum in *ât*, ut : ነፍስ: Pl. ነፍሳት : Forma ግብር: admittit primam & quintam, & ſæpiſsimè utramque, ut ሕዝብ : *populus.* ሕዛብ: & ኣሕዛብ : *Pſal.* 2. ብርክ : *genu*, ብረክ : & ኣብራክ :: Quod & Defectiva formæ እድ: *manus*, facere amant, habet enim እደው : & ኣእደው : Sic ስን : *dens*, ስነን : & ኣስናን : Vox ርእስ : etiam nonam uſurpat. ut እርእስት: Multa vocabula duas aut plures pluralium formas admittunt ; ut una ab altera quaſi derivari videatur ; ut መኵራብ : Pl. መኵራባት : *Luc.*4.15,44. & መኳርብት : *Matt.*4.23. ትእምርት: *ſignum.* Pl. ትእምርታት : & ተኣምር : *ſigna.* ንጉሠ : *Rex.* Pl. ነገሠት : & ነገሠታት : *Reges.* ደብር : Pl. ኣድባር : *montes*, & ኣድባራት : à ሐቅል: *campus.* Pl. ኣሕቃል : ኣሕቃላት : ኣሕቅልት : & ኣሕቋል : allegata in Lexico reperies. ሠቅ : *cilicium.* Pl. ኣሠቃቅ : & ኣሠቃቅት : Uſus ergò præcipuas hîc ſibi partes vendicat.

Tantùm de vocibus trium : aut Defectivis duarum literarum nudis ; Sequuntur voces quatuor literarum ; nec non Auctæ, quæ plurale fractum admittunt ; quod hîc eſt formæ መጋብር : & መጋብርት :

Priorem formam ſequuntur. (1.) Defectiva utrinque aucta, quæ ት: abjiciunt, & vocalem longam in literam homogeneam reſolvunt, ut ;

Sing.	Plur.	Sing.	Plur.
ዉሳኔት : *canticum.*	መኃልይ:	መርዓት : *grex.*	መራዕይ :
መዓልት : *dies.*	መዋዕል:	መስኮት : *feneſtra.*	መሳክዊ:

Huc refer (2.) መጥባሕት : *culter, gladius.* መጥብሕ :
ትዕይንት : ተዓይን : *castra.*
አጽባዕት : *digitus.* አጸብዕ :

(3.) Vocabula quædam in ት : servile desinentia & vocali longâ prædita, ut ሌሊት : *nox*, ለያልይ : *noctes.* Sic መልኢት : *articulus*, Pl መለያልይ : & መለያልያት : ኆኅት : *janua* ኅዋኅው : ነጢአት : *peccatum*, ነጠውኣ : ገረህት : *ager*, ገረውህ :

Posteriorem formam agnoscunt. 1. Aucta ab initio መ : servili, ut :

መልአክ : *Angelus.*	መላእክት :	መንፈስ : *Spiritus.*	መናፍስት :
መብረቅ : *fulmen.*	መባርቅት :	መጽሐፍ : *liber.*	መጻሕፍት :
መምክር : *consiliari.*	መማክርት :	መኮንን : Pl.	መኳንንት :

Huc refer. አመላክ : *Deus*, አማልክት : አንቀጽ : *porta.* Pl. አናቅጽ :

2. Voces ት : servili carentes, quæ vocalem tertii vel septimi Ordinis possident, eam in plurali resolvunt in ው : & ዎ :

ኮከብ : *stella.*	ከዋክብት :	ወሐዚ : *torrens.*	ወሐይዝት : *Mat.7.23.*
ሞረስ : *cohæres.*	መዋርስት :	ወሬዛ : *juvenis.*	ወረዙት : *pro* ወረዝ ውት : *per Can.5. lib.1.c.8.*

Et 3. sequentia anomola : ጎጲን : *ferrum*, ጎጳውንት : ቀሲስ : *senex*, ቀሳ ውስት : ብሔር : *Regio*, በሓውርት : ጋኔን : *spectrum*, አጋንንት : እግዚእ : *dominus*, አጋእዝት : vel አጋእስት : 1 Pet.2.18.

Utramque formam admittunt : ከንፈር : *labium*, ከናፍር : & ከናፍርት : ማዕጸ : *ostium*, መዐጽው : & መዐጹት : ሊቅ : *Doctor*, plurale sanum habet ሊቃን : ex quo porrò formatur ሊቃናት : & etiam fractum ሊቃውንት :

Planè anomala sunt sequentia እኁት : *soror.* Pl. አኀት : እንስት : *fœmina*, እንስትዮ : ኅብስት : *panis*, ኅባውዝ : አረፋት : *murus*, አረፋት : ፍናት : *via*, ፍናው : ቅናት : *cingulum*, ቅናውት : & ቅናታት : መሰንቆ : *cithara*, triplicem formam pluralis habet, unam ab altera formatam, ut : መሰናቅው : unde fit መሰ ናቁት : & hinc porrò መሰናቁታት : Quædam singularia tantùm sunt, ut : ሰብእ : *homo.* እንስሳ : Psal.77.53.

CAP. VII.

De Statu sive Declinatione Nominum.

STatus Nominum duplex est; Absolutus & Constructus. Absolutus nominativum nostrum repræsentat, cum scilicet vox extra constructionem absolutè consideratur : Constructus verò in constructione locum habet; vel Nominis cum nomine; ut cum Substantivum cum substantivo conjungi debet : vel Verbi cum Nomine; & tunc terminatio mutatur. Sed priori casu non sequens Nomen, ut apud Latinos, sed antecedens, ut apud Hebræos, mutationem patitur. ut ሕግ : *lex.* ሕገ : እግዚአብሔር : תורת יהוה *Lex Domini.*

Terminationes autem Nominum, uti initio huj' libri diximus, omnium ordinum esse possunt, excepto primo, ut : አሐዱ : *unus.* ብእሲ : *vir.* ፍሥሐ : *lætitia.* ውዳሴ : *encomium.* ገብር : *servus.* ገበር : *sculptile.* Sed nota :

Nomina in vocalem quarti, quinti, & septimi Ordinis desinentia, in constructione nullam

nullam pati mutationem; Ideoque de iis tantùm reſtat dicere, quæ in vocalem ſecundi, tertii, & ſexti Ordinis terminantur.

U *Secundi Ordinis*

In conſtructione mutatur in *a* primi Ordinis, ut; ሉሐዴ : facit ለሐደ : & ſic reliqua Cardinalia : ክልሌተ : ሠለስተ : &c.

EXCIPE ኩሉ : & ክንቱ : quod facit ኩሎ : *Pſal.* 1.4. & ክንቶ : *Pſal.* 2.1.

I *Tertii Ordinis*

Mutatur in *e* quinti Ordinis, ut : ገባሪ : ገባሬ : Sic ፈጣሬ : ዓለም : *Creator orbis.* ብእሴ : ደመ : *vir ſanguinis.*

EXCIPE ለሐኒ : *quod facit* ለሐነ : *Matth.* 21. 24. & ማሪ : ſacrificulus, hariolus, *quod reſolvit vocalem in literam homogeneam* ሞርየ : በዓል : Sacerdos Baalis. 4 *Reg.* 11.18.

Vocalis Sexti Ordinis

Movetur in primum, ut; ንጉሠ : *Rex* ንጉሠ : ሊትዮጲያ : *Rex Æthiopiæ.* Idem accidit Diphthongo hujus Ordinis, ut : በሐሠ : *aries,* በሐሦ : *arietem.* ዕንቁ : *gemma,* ዕንቁ : *gemmam.*

EXCIPE አብ : pater, *quod facit* አበ : *Gen.* 2.24.

Præter iſtam Vocalium mutationem, interdum Caſus tàm in Singulari quàm in Plurali mediantibus particulis ዘ : & ለ : exprimuntur, præſertim in nominibus Propriis, ut : *N.* ደዊት : *David. G.* ዘደዊት : *Davidis. D.* ለደዊት : *Davidi. A.* ለደዊት : vel ደዊቲሃ : *Davidem. V.* ደዊት : *ô David.*

NOTA (1.) *Genitivi nota quandoque eſt Relativum* እንተ : *ſi Subſtantivum præcedens ſit generis fœminini; ut* Porta እንተ : እግዚአብሔር : Domini. *Pſal.* 117. 19. Arca እንተ : ኖሓ : Noæ. *Org. lect.* 4.

NOTA (2.) ሃ : *Paragogicum in Accuſativo ſolis competit nominibus Propriis;* ሰሎሞንሃ : Salomonem. *Matth.* 1. *per tot. cap.*

NOTA (3.) *Vocativum peculiarem in duabus tantùm vocibus reperiri, veluti* አብ : *quod facit* አበ : & እግዚኦ : *quod facit* እግዚአ : domine. *Aliàs plerunque præponi ſolet vocandi particula* ኦ : *nonnunquam etiam omittitur, ut :* ገባር : ኀር : ſerve bone. *Matth.* 25.21,26.

CAPUT VIII.

De Motione.

1. ADjectiva Maſculina, formæ ዝዙ : formant fœminina ſua addito ት : Secunda radicali itidem ex ſecundo in ſextum Ordinem tranſlatâ, ut; ዝዙ : *multus,* facit in fœmin. ብዝኁት : *multa.* ብፁዕ : *beatus,* ብፅዕት : *beata.* ቡሩክ : *benedictus,* ቡርክት : *benedicta.*

Defectiva tertia ወ : obſervant Canonem 6. *lib.* 1. *c.* 8. ut :

ጽዕዉ : *albus.* ጽዕዲት : *alba. Apoc.* 21. 11. | ድልው : *paratus.* ድሉት : ህልው : *exiſtens.* ህሉት : እኩይ : *malus.* እኪት :

Reperitur tamen ſemel perfectè ድልወት : & ህልወት : *Org. l.* 4.

2. Forma ሐዲስ : transfert ſecundam radicalem ex tertio in quartum Ordinem, ut; ሐዲስ : *novus,* ሐዳስ : *nova.* ዐቢይ : *magnus,* ዐባይ : *magna.* ሙሪር : *amarus,* ሙራር : *amara.*

3. Cætera

3. Cætera Adjectiva, ut & Substantiva mobilia simpliciter adsumunt ት: ut;

ካልእ: *alter.*	ካልእት:	ራብዕ: *quartus.*	ራብዕት:
ባቀሶ: *ntzilis.*	ባቀሶት:	ነዳይ: *pauper.*	ነዳይት:
ሣልስ: *tertius.*	ሣልስት:	ሠናይ: *bonus.*	ሠናይት:
ሰማያዊ: *cælestis*	ሰማያዊት:	ርኩስ: *mitis, mansuetus.*	ርኩሳት:
		መንፈሳዊ: *spiritualis.*	መንፈሳዊት:

Substantiva

ut; ብእሲ: *vir.*	ብእሲት:	ወላዲ: *genitor.*	ወላዲት:
ኀጢአ: *inquilinus.*	ኀጢአት:	ኀጥእ: *peccator.*	ኀጥእት:
Exod.3.22.		እግዚእ: *dominus.*	እግዚእት: aut communius
ነቢይ: *propheta.*	ነቢይት:		እግዝእት: *domina.*
ወልድ: *filius.*	ወለት: per	መጥዕይ: *sanator.*	መጥዒት: *sanatrix, per*
crasin, pro ወለድት: *filia.*			*Canon.6. lib.1.c.8.*

Irregularia sunt: አሐዱ: *unus.* አሐቲ: *una.*
ክልኤቱ: *duo.* ክልኤቲ: *duæ. Matt.24.21.*
ኵሉ: *omnis.* ኵላ: *Psal.65.3.*
ለንበሳ: *Leo.* ለንበሳዊት: *Leæna. Org.lect.2.*
መርዓዊ: *sponsus.* መርዓት: *sponsa Org.*
አድግ: *asinus.* እድግት: *asinus. Matt.21.2.5.7.*

NOTA: Adjectivum fœmin. tàm in singulari quàm plurali, subsantivè sæpè usurpatur pro neutro, ut; *malum* እኪት: sive *res mala.* Psal.39.16. & 89.17. Sic ሠናያት: *bona*, i.e. *res bona*, sive *bona.*

De Nominum Comparatione.

Quia hîc non vocis mutatione, sed aliarum vocum accessione, & constructione cum verbo fit, in Syntaxi commodiùs agemus.

CAP. IX.

De Figura Nominum.

FIgurâ Nomen est Simplex vel Compositum; sed apud Æthiopes, si unum aut alterum compositum excipias, omnia nomina sunt simplicia; veluti እግዚአብሔር: quod componere licet ex እግዚእ: & ብሔር: *Dominus orbis*; quamvis non refragabimur, si quis ex እግዚእ: አብ: ኄር: *Dominus pater benignus* componere velit, quamvis nunquam per ኀ: sed semper per ሐ: scribatur.

2. Vox እመሕያው: *Mater viventium*; ex frequenti usu coaluisse videtur; hinc እጓለ: እመሕያው: q.d. *filii matris viventium*, id est, *homines*, sreuti Hebraicè בני־אדם *filii Adam*, homines dicuntur. vide Lexicon sub radice ሕየወ:

3. አባጊንባሕ: *Cusuarius* ex አብ: *pater*, & ጎንባሕ: cujus significatio latet, nisi ex Arabico petere velis جنبا *magni corporis atque procerus.* Aliàs hæc nostra lingua compositiones aspernatur, quin & composita peregrina sæpè malè

malè diſſociantur; ut: ሔጲስ፡ ቆጶስ፡ *Epiſcopus.* ቤተ፡ ልሔም፡ *Bethlehem.* Sed compoſita aliarum linguarum variè circumſcribunt; ut; *Decachordon* HO ሠርቱ፡ አውታሪሁ፡ *Pſal.*91.3. Χρυσόστομος, *Chryſoſtomus*, ለፈ፡ ወርቅ፡ *Os aureum.* ῥομφαία δίστομος *gladius anceps*, ሰይፍ፡ ዘክልኤ፡ አፈሁ፡ *Pſal.* 149.6.

GRAMMATICÆ ÆTHIOPICÆ

LIBER QUARTUS,

De Pronominibus.

NOmini ſuccedunt Pronomina, eaque vel Abſoluta vel Conjunctiva; quæ vulgò affixa vocantur. Abſoluta ſunt Perſonalia, Demonſtrativa, Poſſeſſiva, Relativa & Interrogativa, quibus accidunt *Species*, *Genus*, *Numerus*, & *Caſus*.

Species eſt ſimplex vel compoſita. Simplicia ſunt አነ፡ አንተ፡ ውእቱ፡ Compoſita, quæ hîc frequentiora: ዚአየ፡እንቲአየ፡ ውኑሂ፡ውእተኒ፡

Genus eſt Maſculinum, Fœmininum, & Commune. *Numerus* Singularis aut Pluralis. *Caſus* Pronomina Perſonalia aliquos peculiares habent, ut ex inflexione ipſâ patebit. Cæteroquin in caſu conſtructo ſequuntur rationem vocis አሐዱ፡ & አሐቲ፡ Sic ውእቱ፡ in ſtatu conſtructo facit ውእተ፡ ይእቲ፡ verò ይእተ፡ & ita reliqua.

CAPUT PRIMUM.

De Pronominibus Perſonalibus abſolutis.

PRonomina Perſonalia abſoluta ſunt: *com.* አነ፡ *Ego. maſc.* አንተ፡ *fœm.* አንቲ፡ *Tu.* ውእቱ፡ *Ille.* ይእቲ፡ *Illa.*

Singularis.

I. *Perſ.*	II. *Perſ.*		III. *Perſ.*	
Com.	*Maſc.*	*Fœm.*	*Maſc.*	*Fœm.*
N. አነ፡ *ego.*	አንተ፡ *tu.*	አንቲ፡ *tu.*	ውእቱ፡ *ille.*	ይእቲ፡*illa.*
*D.& Ac.*ሊ፡*mihi, me.*	ሊከ፡	ሊኪ፡*tibi, te.*	ሎቱ፡	ላቲ፡ *illi.*
			ውእተ፡ *Joh.*13,30.	ይእተ፡*illã.*

Plu-

Pluralis.

	I. *Perſ.*	II. *Perſ.*		III. *Perſ.*	
	Com.	*Maſc.*	*Fœm.*	*Maſc.*	*Fœm.*
N.	ንሓነ : *nos.*	ለንትሙ :	ለንትን :	እሙንቱ : & ውእቶሙ :	እማንቱ : & ውእቶን :
D.& Ac. ለነ : *nobis.*		ለክሙ :	ለክን :	ሎሙ :	ሎን :

NOTA. (1.) Genitivo peculiari deſtituuntur, igitur ſi opus fuerit, eum mutuantur ex Poſſeſſivis ዚለየ : *mei.* ዚለከ : *vel* ዚለኪ : *tui*, &c.

(2.) Pronomina iſta perſonalia vim verbi ſubſtantivi *Sum, es, eſt*, &c. habent; reliquarum Linguarum Orientalium more.

(3.) Loco perſonalium in uſu quoque ſunt particulæ quædam ſerviles, perſonam cum emphaſi quadam demonſtrantes. ut ባልየ : *Ego ipſe, Idem.* ባኪ : *Tu ipſe.* ባኢ : fœm. ባሁ : *Ille ipſe, Idem ille.* ባሂ : *Illa ipſa.* Pſal.49. 13. & Accuſativus ኪየ : *me.* ኪየከ : ኪየኪ : *te.* ኪየሁ : *illum*, ኪየሂ : *illam.* Plur. ኪየነ : *nos.* ኪየክሙ : ኪየክን : *vos.* ኪየሆሙ : ኪየሆን : *illas.*

CAP. II.

De Demonſtrativis.

DEmonſtrativa propinqui ſunt ; ዝ : *hic*, ዝንቱ : *iſte.* Remoti verò ዝኩ : vel ዝኩን : quæ tamen in oppoſitione nonnunquam propinquum denotant, & ውእቱ : remotum : ወኪዮለ : ውእተሂ : ወሊደከሰ : ዝኩተሂ : *& amiſit illud, & non reperit hoc. Org. lect.2.*

Declinantur autem mediantibus particulis ዘ : & ለ : ut :

Singul.

Maſc.		*Fœm.*
ዝ : *hic.*	ዝንቱ : *iſte.*	ዛቲ : *illa.*
ዘዝ : *hujus.*	ዘዝንቱ : *iſtius*	ዘዛቲ : &c.
ለዝ : *huic* & *hunc*	ለዝንቱ : *iſti* & ዘንተ : *iſtum.*	

Plural.

እሉ : & እሎንቱ : *Luc.*3.8. *hi iſti.* ኦሳ : *Pſal.*89.11. & እሳንቱ : *Act.* 9.37. *ha, iſta.* In ſtatu conſtructo እሎንተ : *Matt.*10.5.

CAP. III.

De Poſſeſſivis.

POſſeſſiva fiunt ex particulis nonnullis ſervilibus & affixis perſonalibus, ut :

Singul.

Maſc.	*Comm.*	*Fœm.*
ዚለከ : *tuus.*	ዚለየ : *meus, mea.*	ዚለኪ : *tua.*
ዚለሁ : *ſuus, ejus, illius.*		ዚለሂ : *ſua.*

Plural.

Plural.

Maſc.	*Com.*	*Fœm.*
ዚላክሙ : *veſter.*	ዚላን : *noſter, noſtra.*	ዚላክን : *veſtra.*
ዚላሆሙ : *eorum.*		ዚላሆን : *earum.* Sic

Singul.

Maſc.	*Com.*	*Fœm.*
እንቲላከ : *tuus.*	እንቲላየ : *meus, mea.*	እንቲላኪ : *tua.*
እንቲላሁ : *ſuus, ejus, illius.*		እንቲላሃ : *ſua.*

Plural.

እሊላከ : *tui.* Luc.5.33. እሊላየ : *mei, meæ.* Joh.10.27. እሊላኪ : *tuæ.*
እሊላሁ : *ſui.* Marc.4.10. እሊሊሂ : *ſuæ, eorum, earum.*
ut : ወእንቲላሁሰ : illius quidem *(gaudium augetur,)* ወእንቲላየሰ : meum verò *(conſummatum eſt.)* Joh.3.30.

CAP. IV.

De Relativis & Interrogativis.

1. RElativa ſunt:

Singul.		Plural.
Maſc.	*Fœm.*	
ዘ : *Qui, Is qui,* & neutral.	እንተ : *quæ.*	እለ : *qui, quæ.*
ለዘ : *Ei qui.*	ለእንተ : *Illi quæ.* O.l.2.	ለእለ : *illis, qui.*

ut ዘኢያእመሩ : *id quod neſciunt, faciunt.* Org.

2. Interrogativa.

Commun.

መኑ : *quis.* ዘመኑ : *cujus.*	ምንት : *quid?* in ſtatu conſtructo ምነተ :
ለመኑ : *cui.* መነ : *quem.*	ምንትኑ : *quiſnam?* Pſal.8.5. ኢምንት : *nihil.*
	ኢምንትኒ : & ኢምንትሂ : *nihil quicquam.*

Hinc compoſita

መኑሂ : *aliquis, quiſquam, quiſpiam.* ኢመኑሂ : *nemo.* ኢመነሂ : *neminem.*

CAP. V.

De Pronominibus Conjunctis ſive Affixis, & affigendi ratione.

PRonomina affixa, tàm Perſonalia ſunt quàm Poſſeſſiva.

Singul.

Maſc.	*Comm.*	*Fœm.*
ኒ : *me.* የ : *meus.*	ከ : *te, tuus, tua.*	ኪ : *tua.*
ሁ : ሆ : *ejus, ſuus, eum,*	} *ſe.*	
ሃ : *ſua, illam,*		

Plural.

ነ : *nos, noſter.* ክሙ : *vos, veſter, veſtra.* ክን : *veſtræ.*
ሆሙ : *eorum, ſui.* ሆን : *earum, ſuæ.*

De quibus nota: Si perſonaliter accipiantur, Accuſativum repræſentare: niſi cum particula ከመ: conjungantur, quo caſu etiam Nominativum denotare poſsunt: ut ከማየ: *ſicut ego*: ከማከ: *ſicut tu. Pſal.* 44.19.

Affiguntur autem ſecundùm regulas ſequentes:

I. Regulæ generales.

I. Vocales quarti, quinti & ſeptimi ordinis, propter affixa non mutantur. ut; ጸማሆሙ: *labor illorum.* ለበሳየ: *delictum meum.* መንዶቤየ: *tribulatio mea. Pſal.* 31.9. ትንሣኤሁ: *reſurrectio ejus. Org.*

II. Affixa tertiæ perſonæ, poſt literam primi vel ſexti ordinis, ሀ abjiciunt, vocali ſuâ in præcedentem tranſlatâ. ut: ሰረረ: *fundavit*, ሰረራ: *fundavit eam.* ለሠመረት: ለሠመረቱ: *voluntas ejus. Pſal.* 1.2. መቅሠፍቶሙ: *Pſal.* 31.13. ይጌግቦሙ: *circumdabit eos. ibid.* ክሳዶን: *collum earum. Org.* ማእከላ: *medium ejus.* Unam vel alteram exceptionem, quoad literas primi ordinis, habebis infra de affixis Præteritorum.

NOTA: ሆ: *vel* o *amiſſo* ሀ: *per Pronomen* ſuus *ſæpè reddendum eſt, non per* ejus. *ut: Sanctificavit* ማኅደሮ: habitationem ſuam. *Pſal.* 45.4. *& venit in* ቤቶ: domum ſuam. 2 *Sam.* 12.20.

III Idem fit ſi ſecundùm Canonem 9. *l.* 1. *c.* 8. vocalis ſecundi vel tertii ordinis in ዐ: aut ዮ: reſolvatur, atque affixum ſuſcipiat: ut ገበርክዎ: *feci eum*, ገበርክዋ: *feci eam.*

II. Regulæ Speciales Affixorum in Verbis.

I. Affixum ኒ: *me*, literam ſexti ordinis transfert in primum, ut: ቀብኣት: *unxit f.* ቀብኣተኒ: *unxit me*, *Marc.* 14.8. ትግድፍ: *abjicias*, ኢትግድፈኒ: *ne abjicias me. Pſal.* 7.1. & 27.3. ስምዐኒ: *audi me. Pſal.* 4.2.

II. Idem facit Affixum ከ: excepto Optativo, ut ዐቀብ: *cuſtodit*, ዐቀበከ: *cuſtodit te. Pſal.* 120.3. & paulò poſt *v.* 5 7,8. ut ይዕቀብከ: *cuſtodiat te.* ይክድንከ: *obtegat te.* ለሀብከ: *dem tibi. Luc.* 11.7. ኢይትዐፀብከ: *ne durum videatur tibi. Deut.* 15.18. ግቢር: *facere.* ዘንተ: ገቢረከ: *hæc faciendo te*, ſeu *dum iſta facis. Pſal.* 49.21. ተመይጠከ: *cum converſus fueris. Luc.* 22.33.

EXCIPE tamen Infinitivum naminaſcentem in ôt, *ubi nihil mutatur. ut* ኦፍ ቅርትኪ: charitas tua. *Org. l.* 2. ለውድሶትኪ: ad laudandum te. *ibid.*

III. Subjunctivi & Imperativi non ultima tantùm; ſed & media radicalis propter affixa mutatur, & aliam planè formam induit, ut ይዕረግ: *aſcendat*, *Pſal.* 73.24. ይዕር ግዎ: *conſcendere eam. Pſal.* 2. *tit.* ከመ: ይንጸሕ: *ut depelleret. Pſal.* 105.27. ከመ: ይንጽሖሙ: *ibid. v.* 26. ይመጻእ: *veniat*, ይመጽእኒ: *veniat mihi. Pſal.* 118.77. Sic ስማዕ: *audi. Pſal.* 118.149. ስምዐኒ: *audi me. Pſal.* 4.2. Sic ግፋዕ: ፅብኦ: *Pſal.* 34.1. quæ abſoluta ſunt ግፋዕ: & ፅበኦ: Quin & defectiva primâ ዐ: literam abjectam recipiunt: ትፈቅዱ: ሐሊበ: ይደግዑክሙ: *requiritis*, ſive *opus habetis* (ut) *hæc vobis præbeant*: pro ይግዑክሙ: *Ebr.* 5.12.

NOTA: መህረ: docuit, *quia in Futuro & ſequentibus temporibus abundat, ſicuti lib.* 2. *c.* 8. *docuimus, idcò variè cum affixis formatur, ut ex exemplis d. l. allegatis patet.*

IV. Perſonæ verborum, in *u* vel *i* definentes, ſuſcipiendis affixis vocales ſuas reſolvunt *u* in ዐ: & *i* in ዮ: *ſecundum Canon* 9. *lib.* 1. *c.* 8.

V. Affixa tertiæ perſonæ in ſecunda ſingularis præteriti & prima pluralis ante

ſe

ſe poſcunt vocalem ordinis quarti, ut ሰምደክ : *vocaſti*, ሰምደካሁ : *vocaſti eum. Org.* ዋለነ : *vicimus*, ዋለናሁ : *vicimus eum. Pſal.*12.4. ርኢነ : *vidimus*, ርኢናሃ : *vidimus eam. Pſal.*89.17.

VI. Litera tertii ordinis in perſonis fœmininis verborum, transfertur in ſextum, ut : ኀመ : ትሠቅኒ : *ut fulcias me*, pro ትሠቂኒ : *Org.* & ኀመ : ትንጽሕኒ : *ut deſtruas me*, pro ትንጽሖ : Sic ፈጽሚ : ፈጽደኒ : *fac me.* ባዕሊ : ባዕልኒ : *libera me. Org.*

VII. Imperſonale ፩ : ejuſque compoſitum ኢልፀ : affixa tertiæ perſonæ ſuſcipit eo modo, ut ſupra *de Verbis lib.*2.*c.*20. *n.*4. docuimus. At ſi accedant affixa primæ & ſecundæ perſonæ, ፩ : tranſit in ſextum ordinem ; ut ኢዕብየ : *Non eſt mihi.*

III. In Nominibus.

1. Affixa primæ & ſecundæ perſonæ ſine ulla mutatione vocibus in ſingulari annectuntur, ut ; ኢሎሳክ : *Deus tuus. Pſal.*44.9. መስካይየ : *refugium meum.* ርስዓ : ሕዝበኪ : *oblivíſcere populi tui. Pſal.*44.12.

2. Nomina pluralia, in ſtatu abſoluto admittunt affixa auxilio vocalis ordinis tertii, ut ኢልባሲክ : *veſtes tuæ. Pſal.*44.10. ጣያቲሆሙ : *aquæ eorum. Pſal.*45.3.

NOTA (1.) *Hanc affigendi rationem ſequuntur nomina quædam ſingularia, quæ formam pluralis habent ; veluti* መቃብር : ſepulchrum, መቃብሪሆሙ : ſepulchrum eorum. *Pſal.*48.11. ጥበብ : ſapientia, ጥበቢሁ : ſapientia ejus. *Pſal.*146.5. ክበደሃ : *Pſal.*43.12. ልህቃናቲሃ : *Luc.*1.36.

(2.) *Forma* ማኅደር : *ut* ማኅደሪሆሙ : habitatio eorum. *Pſal.*48.11. ማኅፈዲሃ : *Pſal.* 47.11. *Excipe affixum* ሆ : *ut* ማኅደሮ : tabernaculum ſuum. *Pſal.* 45.4.

(3.) *Forma* ግብረት : *ſi tertia radicalis ſit gutturalis, ut* ስብሐት : laus, ስብሐቲሁ : *Pſal.*47.9. & 72.28. ብፅዐቲሆሙ : vota ſua. *Lit. MSS.*

EXCIPE contra affixum የ : *quod in plurali nihil mutat, reſpuit enim ante ſe vocalem homogeneam, ſecundùm Can.*8. *lib.*1. *c.*8. *ut* ; አእዛንየ : *Org.* ለዕጽ ምትየ : oſſa mea. እዘንየ : aures meæ, *Pſal.*48.4. ስናፍርየ : *Org. & quamvis* ኢመላኪየ : *frequentiſſimè reperiatur* Pſal.70. *& alibi paſſim, id tamen magis negligentiâ librariorum, quàm jure fieri cenſemus, & rectius eſſe* ኢመላክየ : *prout legitur Pſal.*7.1. *& alibi.*

3. Sequentes voces አብ : *pater*, እኁ : *frater*, ለፍ : *os*, ሐሙ : *ſocer*, ut in Arabica, ita in hac lingua affixa per *u* ſuſcipiunt. ut አቡነ : *pater noſter.* አቡሁ : *pater ejus.* ኢፈሆሙ : *os eorum, Pſal.*5.10. እኁክ : *frater tuus.*

NOTA እኁ : *ſi in accuſativo cum affixo conſtituendum ſit, vocalis ſecundi ordinis, ab affixo ſecundùm regulam præcedentem requiſita, tranſit in literam homogeneam* ዐ : *quæ conſtituitur in quinto ordine, ad exprimendum accuſativum, hoc modo ;* እኁዋሁ : *Pſal.*48.7.

IV. In Adverbiis.

ኀመ : *Sicut* : affixa recipit per *a* quarti ordinis, ut : ኀማየ : *ſicut ego*, ኀማከ : *ſicut tu, Pſal.*44.9. ኀማክሙ : *ſicut vos.* ኀማሁ : *ita quoque.*

V. In Præpoſitionibus.

Præpoſitiones ſeparabiles ſuſcipiunt affixa per *e* quinti ordinis, ut : ምስለ : *cum*, ምስሌከ : *tecum.* ምስሌሆሙ : *cum illis. Pſal.* 2.2. ላዕሌየ : *contra me.*

Pſal. 31. ኣምኄነ : *à nobis. ibid. v.* 3. At ውስተ : *in*, præter *e* accipit quoque ት : idque affixa ſecundum regulam generalem ſuſcipit. ut; ውስቴቲ : *in ea.* ውስቲታ : *in ea.* ውስቴቶሙ : ውስቴቶን : *in eis.* ኣምውስቴትክሙ : *ex vobis. Luc.* 11.11.

በይነ : ob affixum mutatur & fit በበይናት : ex quo fit በቤናት : ſuſceptis affixis nominum pluralium more, ut; በቤናቲሃ : በበይናቲሆሙ : *intra ſe* vel *ſecum. Matt.* 9.3. & 12.25.

በ : *in* Præpoſitio inſeparabilis cum ſolis affixis concurrens, in ſextum ordinem tranſit, ut; ብየ : *in me.* ብከ : *in te. Pſal.* 5.13.

በእንተ : aſſumit tertii ordinis vocalem ſequente ኣ : ut : በእንቲኣየ : *propter me*, በእንቲኣከ : *propter te*, በእንቲኣሁ : *propter eum.*

GRAMMATICÆ ÆTHIOPICÆ

LIBER QUINTUS,

De Particulis, nempe Adverbiis, Præpoſitionibus, Conjunctionibus, & Interjectionibus.

CAPUT PRIMUM.

De Adverbiis.

QUæ vel Separabilia ſunt; ut ይእዜ : *nunc* &c. vel Inſeparabilia; ut ኣ : *non.* ሀ : *optandi* vel *imprecandi nota*, እመ : *utique*, quæ ſuo loco trademus. Ubi conſiderabimus 1. *ſpeciem*; 2. *ſignificationes*, & 3. *figuram.*

1. Quoad *Speciem*, ſunt vel Primitiva ሕቀ : *parùm*, ጥቀ : *valdè*; vel Derivativa, quæ aliundè derivantur: ሓቡረ : *pariter.* ፈድፋደ : *valdè.* Dantur autem Particulæ quæ ob diverſam ſignificationem ſub diverſas orationis partes referendæ fuerunt, ut ላዕለ : *ſurſum* & *ſupra.*

NOTA: Derivata à Nominibus forma ግቡር : *deſinunt in vocalem ordinis primi, ut* ፍጹመ : perfectus, ፍጹመ : perfectè. ሓቡር : unitus, conjunctus. ሓቡረ : pariter. *Sic* ፍጡነ : citò, ሙቱረ : certò.

2. *Significationes* Adverbiorum ordine Alphabetico diſpoſuimus, quò facilius reperiantur, nec ea tantùm quæ verè Adverbia ſunt, ſed & quæ Adverbiis Latinis reſpondent congeſsimus, ſunt itaque Adverbia

Affirmandi

Affirmandi & annuendi.

ለማን : } ህልወ : } *certò, verè, reverâ.*

ለመንት : ለኮ : *quidni ?*

እወ : *maximè.*

ጥቂ : *utique ſanè.*

ለሆ : aſſentientis particula eſt, & annuentis alicujus juſſui. Hinc ለሆ : ብሂል : hoc eſt ለሆ : *dicere*, pro *obtemperare, obedire.*

Congregandi.

ሓቡረ : *pariter, ſimul.*

ሌሉተ : *una.*

Demonſtrandi.

ናሁ : } ነዋ : } *ecce.*

Dubitandi.

እንደዒ : } እስመ : ዮጊ : } *fortaſſis.*

Excluſionis.

ዘእንበለ : *præterquam, niſi ; quàm ut.*

ባሕቲቱ : *tantummodo.*

Interrogandi.

ለይቴ : *ubi ?*

ለይቲኑ : *quonam ? Pſal.* 138. 6.

እመለይቴ : *unde ?*

በለይቴ : *quo in loco ?*

እስከ : ለይቴ : *quò uſque ?*

ሓበ : ለይቲ : *quò versùs ?*

እስከ : ማእዜኑ : *Pſal.* 5. 3. *quam diu, quouſque ?*

እሮ : *quomodo ?* ዘከመ : እሮ : ውእቱ : interrogatio admirantis. *Matt.* 8. 27.

በእንተ : ምንት : *quamobrem ?*

ማእዜ : *quando ?*

ሚመጠን : *quot ?*

Et affixum ሁ : & ኑ : *ne ? anne ? Matt.* 22. 17. *Marc.* 10. 2.

ለመንት : *quare ?*

Intendendi.

ፈድፋደ : } ጥቂ : } *Admodum, valdè.*

ደእሙ : & ዘእንበለ : ደእሙ : *quin potius.*

እሮ : *quàm*, ut ; እሮ : ይጥዕም : *quàm bene ſapit.* እሮ : ደሀሊ : *quàm pulchrum eſt. Org.*

እንከ : *amplius, ulterius.*

በሕቁ : *crebrò, ſæpe.*

ዒደ : ሕዳጥ : *adhuc parum. Pſal.* 36. 10.

እመ : *utique* inſepar.

እመሊ : *utique non.*

Loci.

Et quidem (1.) *in loco & ad locum*, ad quæſtionem *ubi ? & quò.*

ውስጠ : *intus, in medio.*

ለፍለ : *foris, foràs.*

ዝየ : *hîc, hûc.*

ህየ : *ibi, illic, & eò, illuc.*

በህየ : *illo in loco.*

ሓበ : *ubi*, ſive *in quo loco*, ut ሓበ : ሶከበ : *ubi cubuit. Org.*

ሓበ : ካልእ : *aliorsùm.*

ሓበዝ : *hûc.*

ሓበ : ኵሉ : *ubique.*

በኵለሄ : *ubivis, ubique.*

እደ : *ubicunque.*

ላዕለ : *ſuperius, ſupra, ſurſùm.*

ታሕተ : *inferiùs, infrà.*

ፀግመ : *ſiniſtrorſum.*

ይመነ : *dextrorſum.*

(2.) De loco.

እመህየ : *inde, illinc.* ወእመኔሁ : *exinde.* እመርሑቅ : *è longinquo, procul.* እመሓበ : *unde, ex quo loco.* ut ; ሊናእመር : እመሓበ : ጦነ : *Luc.* 20. 7.

Negandi.

ኢኮ : *non.*

ወእመ : ኢኮ : *ſin minùs.*

እንብየ : Renuentis eſt particula, oppoſita ፕ ለሆ : hinc እንብየ : ብሂል : eſt *renuere,*

renuere, recuſare.
ሊፍጹም : *nullatenus, nullo modo.*
ሊለዓለም : *in æternum non.*
ሊ : *non*, præfixum eſt inſeperabile.

Numeri.

ዋዕየ : *ſemel.*
ክልኤተ : ጊዜ : *bis.*
ክዕበተ : መክዕቢተ : } *duplo magis.*
ሠለስተ : ጊዜ : *ter.*
አርባዕተ : ጊዜ : *& ita porrò.*
ደግሙ : *ſecundò, iterum.*
ክዕበ : *viciſſim, præterea, adhæc.*

Optandi.

ለ: præmittitur Optativo, ut ለይኩን:ለይኩን: *fiat, fiat*, Gallicè, *Ainſi ſoit il.*

Ordinis.

ዐዲ : *porrò, præterea.*
ቅድመ : *primùm.*
እምዝ : *deindè, poſt hæc.*
መቅድመ : *imprimis, primo loco. Matth. 6. 33.*
መቅድመ : ፈድፋደ : *præcipuè verò.*

Prohibendi.

ዑቅ : *cave.*
ሊ : *ne.*
ሓስ : *abſit*, requirit Pronomina abſoluta, ut; ሓሰ : ሊተ :: ሓሰ : ለሰ : *abſit à me*, vel *à te.*

Qualitatis.

በሓቡእ : ጽምጢተ : ጽሚተ : } *clam, occultè. Ruth 3. 7.*
በጽርእ : *Græcè.*
በግዕዝ : *Æthiopicè*, & ita porrò.
መንጸረ : *ex adverſo, è regione.*
ሠናየ : *benè, pulchrè.*
በዕብራይስጢ : *Ebraicè.*
በእንኮ : *prolixè.*
ግቡተ : *ſubitò. Pſal. 72. 19.*
ጥዩቀ : *certò.* Et ita à reliquis nominibus qualitatis Adverbia formare & derivare poteris.

Quantitatis.

በእመጠነ : *in quantum*, ſive *pro ratione.*
ብዙኀ : *multùm, crebrò.*
ሕዳጠ : *parùm, modicum.*

Remittendi.

ሕቀ : *parùm.*
በበ : ሕቅ : *ſenſim, paulatim.*
ሕቀ : ክመ : ዘእመ : *ferè.*

Similitudinis.

ክመ : *ut, ſicut, tanquam.*
ክመዝ : *ita, ſic, hoc modo.*
በክመ : *quemadmodum, ſicut*: cui reſpondet ክማሁ : *ita quoque*, ut: በክመ : በክማይ : ክማሁ : በምድርኒ : *ſicut in cælo, ita & in terra.*
ዘክመ : ዘክመ : እፎ : } *quo pacto, quâ ratione. Pſal. 9. 13.*
መጠነ : *inſtar. Matth. 17. 20.*
ህየንተ : *vice, loco.*
ዕሩይ : *pariter, æqualiter.*
ዝውእቱ : *nempe, nimirum.*
ክማሁ : ክመ : *perinde, ſimiliter.*

De Particula ክመ : nota, quod nunquam ſola reperiatur; ſed cum aliis particulis conjuncta, identitatis vim habeat, ita ut modo Pronominis, & Verbi Subſtantivi, modo Adverbii ſignificationem habeat, pro ut in Lexico plurib' docetur.

Temporis Præſentis.

ይእዜ : *nunc, jam.*
ዮም : *hodie.*
ዐዲ : *adhuc.*
እስከ:ይእዜ : *Huc uſque, ad hunc diem.*

Præteriti

Præteriti.

ትማልም : *heri.*
በትካት : } *olim, antiquitùs.*
እመትካት : }
እመቅድመ ፡ *ante hac.*
ወእተ፡ጊዜ፡ } *tunc temporis. Pſ.*18.14.
ለሚሂ ፡ }

Futuri.

ጌሰመ : *Cras.* እመይእዜ ፡ *Ex nunc*, i. e. *inpoſterum.*

Indefiniti.

በጽባሕ : } *manè.*
ኀፁህ : }
ሰርከ : *veſperi.*
ሳኒታ : *poſtridiè.*
በለመጠነ : *quoad, ἕως, quamdiu, donec. Pſal.* 145. 1.
መዐልተ : *interdiu.*
ሌሊተ : *noctu.*
ድኅረ : *poſtea.*
ቅድመ : *antea.*
ወትረ ፡ vel በኵሉ ፡ ጊዜ ፡ item ለለ ፡ ጊዜ ፡ & ዘልፈ ፡ } *ſemper.*
ኄ ፡ ለግሙረ ፡ *nunquam* (ſic fiet.)

ለልቦ ፡ እመ ፡ ኄ ፡ *non eſt* (ſc. tempus,) *quo non* (ſc. faciam hoc vel illud :) id eſt, *nunquam non.*

እመ ፡ præponitur nominibus & numeris tempus denotantibus, ut; እመ ፡ ዕለተ ፡ እጼውአክ ፡ *in die quo invocavero te. Pſal.* 101. 3. Sic እመ ፡ ለሚሪ ፡ ለሐምሌ ፡ *die primo Julii.*

እመሂ ፡ *Cùm, quo tempore.*
ለሚሂ ፡ *tunc temporis.*
እመለሚሂ ፡ *ex illo tempore.*
እስከ ፡ እመ ፡ } *donec.*
እስከ ፡ ሶበ ፡ }
እመዝ ፡ *deinde.*
እመኰመ ፡ }
እመለመ ፡ ሶበ ፡ } *poſtquam, cùm.*
ፍጡነ ፡ *citò.*
ወእተ፡ጊዜ፡ *illo ipſo tempore. Mat.*13.5.
እንተ፡ጊዜ፡ *Pſ.*123. 2. } *Cùm, poſtquam,*
ዘለመ ፡ } *ſive quo tempore.*
እስከ ፡ ጣእዜኑ ፡ *quamdiu. Pſal.*41.3.
እንዘ ፡ *cùm, dum.*
ሶቤሃ ፡ *confeſtim, illicò.*
በጣእከለ ፡ ጊዜ ፡ *interea temporis, medio tempore.*
ለግሙረ ፡ }
ለዘላፈ ፡ } *in perpetuum.*
ለጊዜ፡ }
እመቅድመ ፡ }
ዘእንበለ፡ *Pſ.*35. 47. *Luc.*2.1. } *antequam, priuſquam.*

3. Quod *Figuram* ſpectat, compoſita facile intelliguntur, ut ; እመዝ ፡ ex እመ ፡ & ዝ ፡ q. d. *ex hoc*, i. e. *deinde*, quare his lectorem non morabimur.

CAP. II.

De Præpoſitionibus.

Quæ vel Separabiles ſunt, vel Inſeparabiles : Simplices vel Compoſitæ.

Separabiles ſunt, quæ abſolutè conſiſtere poſſunt, ut ; ሳዕለ፡መንበ፡ &c.

Inſeparabiles verò ለ ፡ *ad*, በ ፡ *in*, & እመ ፡ *a, ab, de, ex*, quæ aliis vocibus præfiguntur.

Simplices ſunt ሀየንተ ፡ መንግለ ፡ & his ſimiles.

Compoſitæ verò, quæ vel aliunde, ut ; በእንተ ፡ ዘእንበለ ፡ vel cum modo dictis Præpoſitionibus በ ፡ & እመ ፡ componuntur, & quidem, ſi *De loco* agatur, determinatio fit per adjectionem Præpoſitionis Loci, ut ; በሳዕለ ፡ *in re*, ita tamen,

men, ut ſupra rem ſit. Sic በቅድሙ : በኀበ : በታሕተ : quæ Latinè ſimpliciter efferuntur per *coram, apud, ſub.* Sic vice versâ, ſi de remotione, vel immutatione prioris ſtatus aut loci agatur, illius ratio habetur in compoſitione Præpoſitionum, quod apud Gallos eſt frequentiſsimum, veluti እመላዕለ : Gallis *de deſſus.* እመቅድሙ : Gall. *de devant.* እመኀበ : Gall. *dauprès.* እመውስተ : Gall. *de dedans :* quæ Latinè ſimpliciter per *a, ab, de* vel *ex* redduntur; prior verò ſtatus ex ipſo ſenſu cognoſcitur.

ህየንተ : *ልክነ, loco, vice :* & *ፈቀደ, Pro*
ላዕለ : *ſuper, contra, adverſus,*
መልዕልተ : *ſuper, ſupra. Luc.* 6. 49.
መስለ : *cum* & *inter*, ut ſcribatur nomen meum መስለ : ጻድቃን : *inter juſtos.*
መንገለ : *versùs.*
ማእከለ : *inter, in medio aliquorum.*
ቅድመ : } *antè, coràm.*
በቅድመ :
በከመ : *ſecundum, juxta.*
በበይነ : *propter.*
እመድኅረ : *pòſt.*
እንተ : *per.*
ሰንጸረ : *è regione.*
ውስተ : *in*, tàm *in* quàm *ad* locum.
ባውስተ : *in* loco.
እንበይነ : *ob, propter*, pro እመበይነ : ſic dici videtur.

በቤናት : *inter.*
በእንተ : (1) *propter.* (2) *de*, cum de re aliqua agitur, ut *Pſal.* 7. *tit.* (3) *pro*, ut; ለጸልዮ : በእንቲአየ : *ad adorandum me. Org.*
ታሕተ : *ſub.*
ኀበ : } *apud, ad.*
በኀበ :
እመታሕተ : *vice, loco.*
እስከ : *uſque ad*, & እስከነ : *Pſal.* 49. 2. & 112. 3. modò diſtinguas à ſequenti voce ዐረብ :
እመነ : *ab, ex.*
ዘእንበለ : *ſine, abſque, præter.*
ደበ : *ſuper.*
በደበ : *idem.*
ደቤ : ባሕር :: ደቤ : ማይ : *Matth.* 14. 26, 28. fortè mendum.
ድኅረ : *pòſt.*

CAP. III.

De Conjunctionibus,

COnjunctiones Separabiles ſunt, vel Inſeparabiles. Separabiles ſunt እመ : *Si.* አላ : *ſed.* Inſeparabiles verò ሁ : ሂ : ሙ : ሰ : ኔ : ፀ : ዘ : ኬ : ex quibus ፀ : & ዘ : præponuntur, reliquæ verò poſtponuntur.

Significationem ſub titulis ſequentibus docebimus.

Adverſativæ.

ባሕቱ : *veruntamen, verùm enimverò. aſt.*
ዘእንበለ : } *ſed, verùm.*
አላ :
ጥቀ : *tamen, attamen, nihilominus, utique.* ጥቀ : ſequente ኢ : *ne quidem* reddendum eſt.

ለአመ : } *quamvis, etſi, licet.*
ወአመኒ :
ሰ } *autem.* Nota : ሰ mutat ነ in ኘ ſi
መ } concurrat cum አነ : ut አኘሰ : *ego autem.*

Concluſivæ.

እንከሰ : } *ergo, igitur, itaque.*
ኬ : affixum
እንከ : *ideo, eam ob cauſam.*

በእንተዝ : *propterea, ideo, eam ob rem.*
እንጋ : *igitur* præcedente vel ſequente
ኑ : ferè obtinet, *an igitur? num ergo?*

Conditionales.

Conditionales.

ሶበሁ : *Si. Pſal.* 43. 22.
ዘእንበለ : *niſi, præterquam.*
እመ : } *ſi, ſin.*
ለእመ : }

ለእመ : ሊ : *ni, niſi.*
ወሚመ : ለኮ : *ſi verò non.*
እመሰ : } *ſi autem.*
ሶበሰ : }

ሁ : in conditionali & quaſi interrogativo ſermone locum habet, ut ; እሰመ : ለጣን : ለትሁ : እግዚለ : *Matth.* 14. ሶበ : እቤሁ : *Pſal.* 72. 15.

Copalativæ ſunt :

ወ : *Etiam* ዳኢ : *præterea, adhæc.* ሂ : & ኂ : *quoque, etiam*, reſpondent particulis encliticis *què*, & Græcorum τε, ut በጣይ : ወበምድርኂ : *& in cælo & in terra.*

Disjunctivæ.

እመሂ : *ſive, ſeu.* እመኂ : *ſive*, ſi ſæpius repetatur additur ወ : ut ; እመኂ : ዐረጉ : ወእመኂ : ወረዱ : ወእመኂ : ነሣእኩ : *ſive aſcendero, ſive deſcendero. Pſal.* 138. 7.

አው :
ወሚመ : } *aut, vel.*

Finales.

ክሙ : ሁ. ክሙ : ሊ :

CAP. IV.

De Interjectionibus.

Derisionis : እንቋዕ : እንቋዕ : *Euge, euge ! Pſal.* 69. 4.
Dolentis ለቤ : *væ*, ለቤሊተ : *væ mihi.* ወይ : idem, ወይለኪ : *væ tibi. Matth.* 11. 21. ወይሊተ : *væ mihi*, & ſic modò conjunguntur Pronominibus : modò disjunguntur.

ኧይጎ : *heu.* & contr. ኤልዮ : *heu mihi. Pſal.* 119. 5.

Salutantis perſonam aliquam in dignitate conſtitutam : ባሕ : *Ave*, communiter ሰላመ :

Roganiis እስኡ : *quæſo, obſecro.*

Huc pertinet ለ : paragogicum *ſupplicantis*, vel *petentis*, vel *nunciantis* aliquid. *Dan.* 3. 4 quod per totam orationem ſupplicem miro modo, in fine ſingularum vocum, ad nauſeam uſque repetitur, ut patet *Matth.* 27. 19. *Luc.* 7. 7. & 16. & ſeq. Imo & *interrogantis* eſt, ut ; ለትለ : ውኑለ : ለትለ : *tu quiſnam es ? Joh.* 11. 19.

GRAMMATICÆ ÆTHIOPICÆ

LIBER SEXTUS,

DE SYNTAXI.

CAPUT PRIMUM.

De Syntaxi Verborum,

Et quidem

I. De Conſtructione Verbi cum Verbo.

1. VErbum regitur à Verbo in Infinitivo, ut: ኢይክሉ : ቀሞ : *non poſſunt ſtare, Pſal.*17.42. ኢይክል : አገሮርቶ : *non poſſum comprehendere illud. Org.* Ubi nota, Verbum ክህለ : formam ſecundam Infinitivi cum affixo præoptare. ቀደሞ : ኀገረ : *prævenit narrare*, i. e. *priùs narravit.*

2. Vel in Subjunctivo per Ellipſin Conjunctionis ከመ : *ut*: ኢፈቀደ : ይለቡ : *noluit intelligere, Pſal.*35.43. ዐረገ : ይጸሊ : *aſcendit orandum*, ſive *ut oraret*, *Luc.*6.12. ወጽእከሙ : ትርእዩ : *egreſſi eſtis viſum*, ſive *ut videretis.*

3 Nonnunquam modò dicta particula ከመ : accedit, ut ይቴይከክ : ከመ : ይትሐጐል : *præſtat tibi ut pereat, Matth.*5.29. quæ tamen in ſequenti verſu omittitur.

II. De Conſtructione abſoluta Verbi cum Nomine.

4. Verba Activa, cujuſcunque ſint conjugationis aut formæ regunt Nomina (1.) in ſtatu conſtructo, qui Accuſativum repræſentat, ut: ስእለ : ሕይወተ : *petiit vitam.* ፈተወ : ስነኪ : *Pſal.*44.13. ፈጠየ : ጣየ : ወይነ : *fecit aquam vinum.* Lit.MSS ነገሩ : ሰኣኑ : *locuti ſunt vanum. Pſal.* 72.8.

5. *EXCIPE caſum affixi, ſibi enim ſtatus abſolutus manet, ut* ኢነቃዕደወኒ : ነፍሰየ : elevavi animam meam. *Pſal.*24.1. ኢነሣእኩ : ለዕይንትየ : elevavi oculos meos. *Pſal.*120.1. ኢሁብ : ብፅዓትየ : dabo votum meum. *Pſal.*21.27. ጥዮከ : ሳኒየ : avertiſti planctum meum. *Pſal.*29.14. *Et quidem in Plurali ſtatus affixi prævalet ſtatui conſtructo, ut* ኢነቃዕደነ : ለዕይንትነ : elevavimus oculos noſtros. *Pſal.*122.1.

6. Re-

6. Regunt (2.) Nomina auxiliante affixo tertiæ perſonæ, & ለ: nomini ſequenti præfixo, ut: ባፅሓ፡ ለነፍሰየ፡ *libera animam meam. Pſal.*7.4. ita tamen ut Nomen non rarò præcedat: ለከናፍርየ፡ ረስዮን፡ *Org. Effice labia mea.* ለዕዉር፡ መሪኦቶ፡ *cæcum ducere. Luc.*6.39.

7. Iſta conſtructio non Accuſativo tantum, ſed & Dativo Latino competit, ut: ዘይሌድ፡ ለአቡከ፡ *quod placet patri tuo. Org.* ፍኖኑ፡ ይትቃወሞ፡ለቍሪ፡ *quis poteſt reſiſtere frigori. Pſal.*147.6.

8. Etiam Neutra quædam Activè conſtruuntur, ut: ሓየለ፡ *prævaluit*, quod Activè reddere licet, *ſuperavit*: ይሔይልዎ፡ *ſuperabunt eum*, vel comparativè, *fortiores ſunt illo. Org.* Sic ኢልበ፡ ዘይክለኒ፡ *nemo eſt qui prævaleat mihi.*

9. Præterea ſtatum conſtructum poſcunt: Verba paſſionis; ut ሐመ፡ፈፀንተ፡ *laboravit febri.* Luc.4.38.

10. Verba Loci; ut: በዊአ፡ ቤተ፡ *introire domum. Matth.*12.29. ወፅአ፡ ገዳመ፡ *egreſſus eſt in deſertum. Matth.* 11. 7. ነበረ፡ ሰማያተ፡ ሓቤ፡ አቡሁ፡ እንዘ፡ ሀሎ፡ መድረ፡ *manſit in cælis apud patrem ſuum, cùm tamen eſſet in terra. Lit. MSS.* ቀሞ፡ ዐወደ፡ q. d. *ſtare circulum*, i. e. *circumſtare. Org.*

11. Verba Temporis, ut: ኢያጽሪዕኩ፡ ለሐተ፡ ሰዐተ፡ *ne unicam quidem horam ceſſavi. Org.*

12. Verba Copiæ, aut inopiæ, ut; *Anima mea* ጸገበት፡ ጽአለተ፡ *ſatura eſt ignominiæ, Pſal.*37.7. ሓጣእኩ፡ ፈወሰ፡ *carui ſanitate. Pſal.*37.7.

13. Verba ኮነ፡ ut: እከውን፡ ንጹሐ፡ *ero purus. Pſal.*17.26.

14. Anomalum ሶ፡ *eſt* vel *habet*, ejuſque negativum ኢልበ፡ ኢልቦቱ፡ conſtruitur cum Accuſativo rei: ut; ዐቅመ፡ *terminum habet. Org. lect.*1. ኢልበ፡ ዐቅመ፡ *non eſt ei terminus. Jac.*3.8. & Dativo ſubjecti, ut: ኢልበ፡ ፈወሰ፡ ለሥጋየ፡ *non eſt ſanitas corpori meo. Pſal.*37.7.

15. Et alia quædam Verba, quæ uſus docebit; ut ዐወቀ፡፡ ዑቁ፡ ርእሰክሙ፡ *cavete vobis ipſis. Luc.* 17.8.

16. Infinitivus cum Subſtantivo concurrens, more Subſtantivorum in ſtatu conſtructo collocatur, ut; ሰትየ፡ ደመ፡ *bibere ſanguinem. Lit. MSS.*

III. *De Conſtructione Verborum cum Nominibus, quæ fit auxilio Præpoſitionum.*

17. Porrò cum Præpoſitionibus Verba nonnulla conſtruuntur. Veluti cum Præpoſitione ለዕለ፡ quatenus *contrà* ſignificat

Verba adverſitatis & contrarietatis, ut; ተሰኳተየ፡ *conjuravit, Pſal.* 101.9. ኣሕሠመ፡ *maledixit, Marc.*9.39. In *Actis* 23.5. habetur ደበ፡ dubito an benè? ይሳለቅ፡ ሳዕሌሆሙ፡ *illudet eos.*

18. Cum Præpoſitione ምስለ፡ ut: አስተሳለመ፡ *reconciliavit aliquem* ምስለ፡ *cum aliquo. Org.*

19. Cum Præpoſitione በ፡ ut: ተለመነ፡ *confiſus eſt.* ተለመኖ፡ በእግዚአብ ሔር፡ *fiducia in Deum. Pſal.*117.8. aut ተወከለ፡ utroque modo conſtruitur, ut ተወከልኩከ፡ *Pſal.*21.9. & ተወከሉ፡ ቦቱ፡ *Pſal.*2.13. ዘመወ፡ *ſcortatus eſt* በአዋልደ፡ ኣሕዛብ፡ *cum filiabus Ethnicorum Org.* ተጣሓፀነ፡ *commendatus fuit alicui*, ſive *fretus* aut *confiſus fuit* በኂሩቱ፡ ለእግዚአብሔር፡ *bonitate Dei.*

20. Cum Præpoſitione ኀበ : *ad, apud :* Verba petendi, ut : ሰአለ : *petiit.* ጸለየ : *oravit* & ተማህለለ : ut : ይጸሊ፡ኀቤሃ : *orat ad te. Pſal.* 31.7 ጸርኅ : ኀቤሁ፡*clamavit ad eum.* Sic ኀበ፡ውኑ፡እስእል፡ ወኀበ፡ውኑ፡እትመሀለል፡ወኀበ፡ውኑ፡ እጸሊ : *à quo petam* &c. *Org. lect.* 3. ሊይትከፈል : ኀበ : ወልድ : ወኀበ : አብ : *non dividitur* (Sp. S.) *apud Filium & apud Patrem.* i.e. *non eſt partim apud Filium, & partim apud Patrem.* ተረጉመ፡ *expoſitus eſt*; ut ለክልሌ፡ይተረጉመ፡ ኀበ : ለእምር : ወሊይእምር : *dupliciter exponitur de cognitione & ignorantia.* ወለጠ : *mutavit* ኀበ : *in hoc* vel *illud. Org.*

21. Cum Præpoſitione እመ : *à, ab, ex* (1.) Verba timoris, ut ; ፈርሀ : *timuit,* መመዐ : *trepidavit.* ut ; ይመመዑ : እመደመጸ : ቀጽፀ : *trepidant ob ſtrepitum folii. Org.* (2.) Verba præcavendi, ut ተዐቀበ : *cavit ſibi* እመ : *ab aliquo.* ሰዊቅ : *fulcire* እመትንታኔ : *à nutatione. Org.* ዐርቀ : *defecit, deſtitutus fuit.* ዘሊየዐርቅ : እመቱሑሕ : *quod non deſtituitur mixto. Cant.*7.2. plura vide in Syntaxi Præpoſitionum.

IV. *De Verbis quæ variè conſtruuntur.*

22. Multa dantur Verba, quæ diverſimodè conſtruuntur, ſicuti uſus docebit. Ejuſmodi ſunt, ut aliqua ſaltem exempla afferamus

(1.) Verba *ſimilitudinis & comparationis*, ut : ተመሰለት፡ ርግበ : *ſimilis eſt columbæ. Org.* ተመሰልኩ : መስሊሆሙ : *exæquatus illis es.* ይመስል : ከመ፡በቀልት፡ *ſimilis eſt palmæ.* መሰለ : በዕፀው : *comparavit, aſſimilavit arboribus.*

(2.) Verba *quantitatis & qualitatis*, quæ vim comparationis in ſe habent, tàm abſolutè : ut ዘይልህቅ : *natu maximus :* quàm cum affixo relativo rei aut perſonæ comparatæ, ut : ዘይልህቀክሙ : *qui maximus veſtrum eſt.* ዘይኄይሎ : *qui fortior eo eſt*, ut & particulâ comparativâ እመ : conſtruuntur, ut : ዮዐቢ ፡ እመ ኄሁ : *major eſt eo. Matth.*11.11. Sic ይኄይሰኩ : ይትሐጐል፡ለሕዱ : እመኵለን ታሁ : ይሖር፡*præſtat tibi* (ut) *pereat unum, quàm* (ut) *totum abeat* &c. *Mat.*5.30.

V. *De Ellipſi in Conſtructione Verborum cum Nominibus.*

Quædam Verba conſtruuntur cum Dativo per Ellipſin Præpoſitionis በእንተ፡ ut : አስተስረየ : ሎሙ : *interceſſit illis*, pro በእንቲኣሆሙ : *pro illis.* Sic ይትዋ ቀሦ : *patrocinatur illi* ; alibi verò legitur ይትዋቀረ፡ በእንቲኣሁ : *Org.* ይትባ ልኅ : ወይትቃወመ : ሊተ : *pugnat & protegit mihi*, i. e. በእንቲኣየ : *pro me.*

VI. *De Periphraſi Verborum.*

Verba ረሰየ : *fecit*, & ኮነ : *factus eſt*, inſerviunt Verborum periphraſi ; ut : ረስየኒ : ድኅነ፡*redde* vel *effice me liberum* : i. e. አድኅንኒ : *libera me. Org.* ከመ፡ ሊይኩን : ሞዉኦ : *ne fiam victus.* i. e. ከመ : ሊይትመዋእ : *ne vincar. Org.*

VII. *De Enallage in Conſtructione Verbi cum Nomine, vel Generis & Numeri.*

Fœmininum plurale conſtruitur cum Præterito maſculino ſingulari, ut : ተሀውኀ : ለዕጽምትየ : *conturbatum eſt oſſa mea*, pro ተሀውኀ : *Pſal.* 6.2. *et* 101.4. ኀልቀ : መዋዕልየ : *defecit dies mei*, pro ኀልቃ : vel Numeri tantùm : ተኀድገ : ሎሙ፡

ሱው : ሓጢአቶው : *Pſal.*31.1. *quibus remiſſum eſt peccata illorum*, pro ተሓድገት :

CAP. II.

De Syntaxi Nominum.

Tit. I.

De Conſtructione Subſtantivi.

SUbſtantivum cum Subſtantivo rei diverſæ tripliciter conſtruitur.

1. Subſtantivum prius conſtruitur in ſtatu conſtructo, *de quo lib. 4. c. 6.* ut ብእሴ : ደመ : *vir ſanguinis. Pſal.*5.7. quæ conſtructio quandoque per aliquot voces ordine continuatur, ut : ለዋልደ : ነገሠተ : አሕዛብ : *filiæ Regum Ethnicorum. Org.* Interdum tamen per ſequentem conſtruendi modum interrumpitur, ut : ንጉሠ : ነገሠት : ዘኢትዮጵያ : *Rex Regum Æthiopiæ.*

Ad eundem modum Subſtantivum conſtruitur cum Pronomine poſſeſſivo abſoluto ; ut ስመ : ዚአየ : *nomen meum. Ong. l.*6. Imò & Appoſitio ſtatum conſtructum poſtulat, ut ሐሳዊ : መሲሕ : *Mendax Meſſias.* 1 *Joh.*2.18. i. e. *Antichriſtus.* ሐሳውያን : ነቢያት : *Mendaces, ſ. Pſeudoprophetæ. Matth.* 7.15. ዐጽመ : መንክስ : *os mandibulæ.* በዓለ : ፋሲካ : *Feſtum Paſchatos. Joh.* 2.23.

NOTA. Hypallage nonnunquam hîc contingit, ita, ut nomen quod debet ſequi, antecedat. ut : ዕፍረተ : ልጥረ : *unguentum litræ :* pro ልጥረ : ዕፍረት : *litra unguenti, Joh.*12.3. ſic Hebraicè שְׁקָלִים פֶּסַח *Lev.*5.15.

2. Subſtantivum poſterius adſciſcit articulum H : qui eſt nota Genitivi, ut : መዝሙር : ዘዳዊት : *Pſalmus Davidis*, quem modum amant (1.) Nomina Propria. (2.) Nomina deſinentia in vocalem quarti, quinti & ſeptimi ordinis, quia enim illa nullam patiuntur mutationem, ideo conſtructio hoc pacto indicanda eſt, ut : ጸጋ : ዘአብ : zaga-zaab, *gratia patris*. Nomen proprium viri. ፍጸሜ : ዘአሸቲት : *Pſal.*4. *tit.* ፍጸሜ : ዘሕብሐት : *Pſal.*6. *tit.* Non raro tamen hoc indicio carent : እንሶ : ገደመ : ሐረወ : ሐቀለ : *Pſal.*79.14.

Ex duobus Subſtantivis rem unam deſcribentibus, poſterius tantùm ſi conſtructio poſcat, in plurali conſtituitur, ut ዐጽመ : ገቦ : *coſta*, ዐጽመ : ገበዋት : *coſtæ. Org. l.*5.

3. Per affixum tertiæ perſonæ ſequente ለ : ut : መሕረቱ : ለእግዚአብሔር : *miſericordia Domini Omnipotentis.* Nota in duobus poſterioribus modis nomen conſtructum ſæpè præponi, ut ; ዘዳዊት : መዝሙር : *Pſal.* 72. *tit. Davidis cantica.* ለአብ : የማኑ : *dextra patris*, pro የማኑ : ለአብ : *Liturg. MSS.*

4. Nomina temporis & loci in ſtatu conſtructo collocantur, ut ; ኵሎ : ለሚረ : *omni die*, ſeu *quotidie. Luc.*22.53. ወእተ : ጊዜ : *illo ipſo tempore*, i. e. *ſubitò.* Si quis quæſierit የማነ ; ወፀጋመ : *ad dextram & ſiniſtram. Lit. MSS.*

5. Nomina à Verbis derivata, tàm Subſtantiva quàm Adjectiva, conſtructionem Verborum ſuorum ſequuntur. ut ; ጸሎት : ሓበ : እግዚአብሔር : *preces ad Deum. Luc.*6.12. ዕሩይ : *æqualis, par alicui.* ዘዕሩይ : መስሌከ : *qui par eſt tibi.* ወኩል : *confiſus, fretus*, አነሰ : ወኩል : ላዕለ : ስእለትከ : *Ego autem fretus ſum petitione tua.*

Tit.

Tit. II.

De Regimine Adjectivi.

6. Adjectiva qualitatis, cum Substantivis conjuncta, quæ Latinè Ablativum poscunt, Æthiopicè more Substantivorum in statu constructo collocantur, ut: ፍጡነ : ምዑት : *citus irâ.* ለዐሠዐ : ልብ: *insatiabilis corde. Psal.* 100 7. ህቡረ : ህላዌ : ዕረየ : ምለኮት: *unitus essentiâ & par divinitate. Org.* ርቱዓነ : ሀይማኖት : *recti fide,* l. e. *Orthodoxi.*

7. Nomen materiæ regitur à suo Adjectivo auxilio Præpositionis በ : ut; ልቡጥ : በወርቅ : *auro obductus.* ንጽሓት : በደመ : *conspersus sanguine. Liturg. MSS.* ልቡፍ : *attractus* poscit ኧመ : *Org.l.*3.

8. Dantur Adjectiva qualitatis quæ semper cum affixo personali, quale videlicet constructio poscit, efferuntur; Veluti ዕራቅ : *nudus,* ut; Dejiciant me ዕራ ቅየ : *inanem. Psal.*7.4. Fugit ዕራቁ : *Marc.* 14.51. ትኩዝ : *tristis,* ut; ሖረ : ትኩዘ : *abiit tristis, Marc.*10.22. *Psal.*37.6. ዕውረ : ተወልደ : *cæcus natus est,* & ባሕቲት : *solus,* ለባሕቲትኪ : *tibi soli. Psal.*50.5. ጽምእ : *sitiens,* ኵለንታ : *totum,* &c.

9. Eodem modo construuntur Nomina numeralia, sed ita ut affixum semper rejiciat suum relatum, ut: Si ejecerint vos ex una urbe, fugite ውስተ : ካልእታ: *in alteram. Matth.* 10. 23. & ita quoque ካልኡ : ዋሊልኡሂ : *secundus ejus & tertius ejus.* q. d. *secundus & tertius ab ipso.* ሣልሰ ምዕ : ዮም : *tertius eorum dies est. Mar.*8.2. ubi affixum planè abundat.

10. Adjectiva copiæ vel inopiæ nomen constructum adsciscunt, ut: ምልእት : ሕምዘ : *plena veneno. Jac.*3.8. ምሉአን : አዕይንት : *pleni oculis. Apoc.*4.4.

11. Adjectivum & Substantivum regulariter quidem etiam genere & numero conveniunt: attamen frequentissimè hîc occurrit Enallage, quæ vix regulas habet. Et quidem *generis,* & *numeri simul.* ut; እንስት : ሊልኩፋን: pro ልኩፋት: *Org.l.*3.በውእቱ : ምዋዕል : pro ውእቶን : *in illis diebus. Luc.*6.12.

12. In statu constructo Adjectivum cum Substantivo convenit; ut: ዘፈነው: ወልደ : ዋሕደ : & አጽገበ : ለእሳፈ : ብዙኃን : *Lit.MSS.*

III. De Constructione Comparationis.

13. *Positivus* intenditur per particulam ጥቀ : ut: ጥቀ : ልዑል : *valdè excelsus.* Qui gradus intensus Latinè extra statum comparationis per superlativum exprimi solet, *celsissimus.* ጥቀ : ክቡር : *nobilissimus.* ጥቀ : ፍቁር : *charissimus.*

14. *Comparativus* apud Æthiopes fit auxilio particularum ኧመ: & እመነ : *à, ab,* Latinè *præ, quàm*; ut apud Hebræos מן. Verùm per Verba tantùm, ut; ይበዝኑ : እኩያን : እመነ : ጐረን : *multi sunt mali præ bonis,* i.e. *plures sunt mali quàm boni*; Sic, Filii hujus mundi ይጠብቡ : እመውሉደ : ብርሃን : *sapientiores sunt filiis lucis.* Luc.16.8. ዮዐቢ : እመኔሁ : *major est eo. Matth.* 11.11. Plura diximus supra de Verbis Reg.22.

15. *Superlativum* Æthiopes efferunt. (1.) Repetitione ejusdem nominis in plurali masculino, idque vel præcedente statu constructo: ut: ቅድስተ: ቅዱሳን: *Sanctum Sanctorum,* i. e. *sanctissimum*; vel mediante Præpositione inseparabili እመ:

እመ : ut; ንጽሕት : እመንጹሓን : *casta præ castis*, i. e. *castissima*. Mysterium ዘሳቡእ : እመሳቡእን : *secretissimum omnium*. *Org.*

(2.) Per sola Verba quantitatis, aut qualitatis, præmisso relativo H : ut ; ዘደ ንእስ : *quod minimum est*, i. e. *minimum*. ዘደበዝኅ : *quod maximum est*, i. e. *maximum*; sive *maxima pars*. ዘደፅህቅ : *natu maximus*. *Matth.*22.25. Plenius tamen additur እመኵሉ : ut ትንእስ : እመኵሉ : እዝርእት : *Mar.*4.31.

IV. De Periphrasi Adjectivorum.

16. Adjectiva circumscribuntur (1.) per Substantivum in Genitivo constructum, qualitatem priori tribuens, ut apud Ebræos. ut ; ሐረዊያ : ሕቅል : *porcus sylvæ*, i. e. *sylvestris*. *Psal.* 79. 14. Item, ፍትወት : ዘሥጋ : *desiderium carnis*, i. e. *carnale*. (2.) per Pronomen relativum H : *qui*, & እንተ : *quæ*, tàm in singulari quàm plurali ; ut : ዘሥጋ : *corporeus*. *Org.* ዘየማን : *dexter*. ዘመ ልጽ : *leprosus*, እለ : ለመልጽ : *leprosi*. *Matth.*10.8. እለ : ክርስቶስ : *Christo addicti*. *Marc.*9.41.

NOTA : Nonnunquam intercedunt Præpositiones በ : & ለ : ut ; ዘበለዓለ : verus. ዘለዓለም : quod in æternum, *i. e.* æternus. ዘበትርብዕት : quadratus. *Si præcedat fœmininum, Periphrasis quoque fit per fœmininum relativum* እንተ : *ut* ; *Ecclesia* እንተ : ሐዋርያት : Apostolica. እንተ : ውስጥ : interior pars. እንተ : ልፋለ : exterior pars. እንተ : ጽባሕት : matutina. *Psal.*21. *tit.*

V. De Nominum Pleonasmo.

17. Pleonasmum in Ebræa lingua saris usitatum, efficiunt voces ገጽ : *facies*. ለፍ : *os*. እድ : *manus* ; ut : እመገጸ : ቀስት : *à facie arcus*, i. e. *ab arcu*. *Org.* እመለፈ : ለ ርማሕ : *ab ore lancearum* ; i. e. *à lanceis*. እመእደ : ኵሉ : ጸላእ ትየ : *è manu omnium inimicorum meorum*, i. e *ab omnibus inimicis meis*.

18. Huc spectat constructio Synonymorum, ut : መጽሐፈ : መልእክት : *liber epistolæ*, i. e. *libellus epistolaris*. *Org.* quæ aliàs plerunque ἄυξησιν & evidentiam denotat : ut ለሠሃ : ሳሕይ : *pulchritudo venustatis*, i. e. *egregia pulchritudo*. ቅኔ : ግብርና ት : *servitus subjectionis*, i. e. *gravissima servitus*. ጼና : መዐዛ : *odor fragrantiæ*, i. e. *optimus odor*.

De Ellipsi.

Ellipsis nominis በዐል : *Festum*, frequens est ; ut ex titulis lectionum Novi Testamenti liquet. ut : በሕፃናት ፡ ምንባብ : *in infantium lectio* ; pro በበዐለ : ሕፃ ናት : *in festo infantium* innocentium *Matth.*2.13 *tit.* Lectio autem ex Paulo in eodem festo reperitur. 1 *Cor.*4.1. Sic በምስቀል : ዘቀዊዕ : *in Festo crucis verno* ; quod vulgò est *crucis inventio*. 1 *Cor.*1.17. *tit*, ለሚካኤል : *in Michaelis* sc. *festo*. Gall. *à la St. Michel.*

Enallage, ut paulò antè diximus, in hac lingua frequentissima est, non Generis tantùm & Numeri singularis pro plurali, & vice versa ; sed & Numeri Ordinalis pro Cardinali: ሰዱስ : መዋዕል : *sextus dies* pro ስድስቱ : *sex*. Et vice versa, ut : ጊዜ : ስቡ : ወተስዓ : ሰዓት : *tempore sex & novem horæ*, pro *sextæ & nonæ horæ*. Item ዐሠረ : ወአሐቲ : *decem & una*, pro *undecima*. *Matt.*20.5,6. plura & diversa exempla passim obvia sunt.

CAP.

CAP. III.

De Pronominum Syntaxi,

Et quidem

I. De Possessivis.

ዚአየ : ዚአከ : &c. Substantivè & neutraliter accipiuntur : *Id quod meum, tuum, suum* vel *illius est.* Gall. *le mien, le tien, le sien* : ut ; ዘአመዚአሃ : ሞተ : ነሠአ : ወዘአመዚአሁ : ሕይወተ : ጸገዋ : *qui de eo, quod ejus erat, mortem assumsit, & qui de suo vitam ei donavit. Org.* አመዚአየ : ይነሥእ : *de meo sumet. Joh.* 16.14. ኵሉ : እንቲአየ : ውእቱ : *omne meum est.* ibid.

II. De Relativis.

Pronomina Relativa ዘ : እንተ : እሰ : *qui, quæ,* in casibus obliquis Latinorum poscunt Pronomen tertiæ personæ, Verbo vel Nomini affixum, ut : Beatus ዘአዕረፈ : ሳዕሌሁ : *super quo requievit. Org.* ዘባረከ : *quem benedixit* (Deus). *Org* ሀገር : ለእተ : ስማ : *urbs cujus nomen. Joh.* 4.4. እንተ : ባቲ : *in qua. Psal.* 49.24 ዘውስጡ : *cujus interior pars.* ዘበሳዕሌሁ : *super quo.* ዘዕረፈ : ለጸብዒሁ : *cujus decem digiti.*

Et vel promiscuè ሁ vel ሆ : usurpatur, modò notes, in Nominibus pluralibus & Verbis prius integrum manere ; ut : ዘቀፀንዎሁ : *quem annixisti. Org.* Posteriùs verò ሀ suum abjicere, ut : ዘረሰይኮ : *quem fecisti. Org.*

III. De Interrogativis.

ምኑ : *quis ?* cum Nomine constructum nihil mutat, ut ; ምኑ : ሰብእ : *quis hominum ? Org. lect.* 2.

Pronomen reciprocum *sui, sibi,* quod Hebraicè effertur per נֶפֶשׁ *anima* hîc redditur per ርእስ : *caput.* ut : ርእሶሙ : *capita sua,* i. e. *se ipsos.*

Pleonasmus Pronominum personalium frequens est, ut : ሊተኒ : ርድኤኒ : *me quoque juva* (me.) *Org.* አስተስረየ : ሎሙ : ለእሉ : ሰቀልዎ : *intercessit pro illis qui crucifixerunt eum.* Ut & Pronomnis relativi ዘ : in Præpositionibus ; ut : *Mixtum myrrhâ* ዘምስለ : ሐሞት : *cum felle.* ዘአልቦ : ምሕረት : *sine misericordia. Lit. MSS.*

Ellipsis Pronominis ምኑሂ : *aliquis, quispiam,* contingit ob verbum ቦ : ut : ቦኑ : ዘዖአምር : *Estne* (aliquis) *qui sciat ?* sive, *scitne aliquis ?*

Enallage Numeri ; ut ; አንትሙ : ውእቱ : *vos es,* pro *estis. Matth.* 5. 13.

Generis : ut ; ጸዉ. : ለመድር : pro ጸዋ : *ibid.* modo non sit mendosum.

CAPUT

CAP. IV.

De Syntaxe Adverbiorum.

Etquidem

De Conſtructione Adverbiorum cum Verbo.

1. **እስከ : ለመ :** *donec*, conſtruitur cum Futuro Indicativi; ut: **እስከ : ለመ : እነስሕ : ወለቂርብ :** *donec pœnitentiam agam, & afferam* (ei fructus pœnitentiæ.) *Org.*

2. Optativum ſeu Conjunctivum poſtulant Adverbia **ለ :** *ne* prohibendi, **ሶ :** optandi, vel petendi particulæ. Nec non **እመቅድመ : & ዘእንበለ :** *antequam, priuſquam.* ut; **ሊትሑር :** *ne ineas. Luc.*18.20. **ሊትኅድገኒ :** *ne derelinquas me.* Sic **ሶትባእ :** *intret. Pſal.*87.2. **ሶይኩን : ሶይኩን:** *fiat, fiat.* Gall. *ainſi ſoit il.*

3. **እመ :** Particula inſeparabilis, quæ aliàs intendendi vim habet, Præterito præfixa, Pluſquam perfectum Subjunctivi Latinè efficit; ut **እመወሀብኩ :** *inique dediſſem. Pſal.*50.17.

Regulam de mutatione ፍ Alf characteriſtici ob præcedentem negativam **ለ :** vide ſupra *l.2. c.6. R.3.*

4. **ሶበ :** *cum*, vel *poſt quam*, conſtruitur hîc cum Præterito & Futuro, & effertur Latinè per Futurum Subjunctivi, ut **ሶበ : ገብሉ :** *cum* vel *poſt quam converſi fuerint. Pſal.*9.3. **ሶበ : ይነግሮ :** *cùm locutus fuerit illis.* **ሶበ: እጸሊ :** *cum orávero.* **ሶበ : ይበዝኁ :** *Pſal.*48.17.

5. **እንዘ:** *cùm, dum:* ſi Futuro præmittatur, efficit Latinè Præſens Indicativi, vel Præſens Participii, *ut ſupra lib.2.c.5.n.5. docuimus.* ut; **እንዘ: ንብሉ:** *dicentes.* **እንዘ : እጸርሕ :** *clamans.* **እንዘ : ያደነጸዉ :** *dum contendunt invicem de re auferenda. Org.*

6. Eâdem particulâ circumſcribuntur Adjectiva potentiæ, ut: **እንዘ : ይቀትል:** *lethale*; quod etiam fit Pronomine **ዘ :**

7. At cum Præterito per Imperfectum, vel Pluſquamperfectum Subjunctivi exponi poteſt, ut: **እንዘ : ሀለውኩ :** *cùm eſſem* vel *fuiſſem. Pſal.*21.9. quæ expoſitio locum quoque habet, ſi Pronomina perſonalia loco Verbi Subſtantivi occurrant; ut: **እንዘ : ክቡር : ውእቱ :** *Pſal.*48.12. *cum honoratus eſſet*, vel *exiſtens honoratus.*

8. Quin & reddi poteſt per *quamvis*, ut; **እንዘ : ጽኑዕ:እንተ :** *quamvis fortis eſſes. Org.* Portaſti eum in utero tuo **እንዘ : ሊይትጋበኦ :** *quamvis non comprehendi poſſit.* **እንዘ: ሊይበጽሖ : ሰዓሰክዎ :** *quamvis non aſſequar eum, celebravi eum.*

9. Si verò accedat Ellipſis Verbi Subſtantivi, reddi poteſt per *quòd*, vel per Infinitivum, ut Recordor **እንዘ : ብየ : ለእምር :** *quòd in me ſit ſcientia*, ſive *eſſe in me ſcientiam. Org.*

II. De Conſtructione Adverbiorum cum Nomine.

10. **ለመ :** Nominibus temporis præmitti ſolet; **ለመ : ዕለተ :** *illo die.* **ለመ : ሰሉስ :** *tertio die.*

11. ኢ : *non*, Adverbium negandi, ante nomen universalitatis ኵሉ : plerunque universalem infert negationem, ut: ኢለ : ኢያጸርዑ : ትዕሰተ : ወቅዱሱ : በኵሉ : ሰዓት: Qui non cessant dicere ኢኮነ : & ቅዱስ: *omni tempore & horâ.* h. e. *qui nullo non tempore et horâ prædicant laudem et sanctitatem tuam. Org.*

12. ኑ : interrogandi, sequenti modo usurpatur : ኦምሰማይኑ : ወሚመ : ዘእ ምሰብእኑ : *de cœlo-ne an de hominibus? Luc.*20.4.

III. *De Constructione Adverbiorum cum aliis Particulis.*

13. ኢ : *non*, Adverbium negandi, cum Particola aliqua extremitatis vel perfectionis conjunctum, fortius negat, ut : ኢለዓመዲ : *in æternum non.* ኢፍጹመ: *nullatenus, nullo modo. Lit. MSS.*

IV. *De Adverbiorum Periphrasi.*

14. Adverbia ordinis circumscribuntur per verba rationem temporis habentia, ut : ቀደሞ : ነገረ : *prævenit narrare*, i. e. *prænarravit.* ኅበርክሙ : ኦሚነ : *conjunxistis credere*, i. e. *pariter nobiscum creditis.* Sic ደገሙ : ፈነዎ : *iteravit misit*, i. e *iterum misit. Luc.*20.11.

15. Adverbia qualitatis circumscribuntur per Nomen cum Præpositione በ : ut : በዐመፃ : *in iniquitate* : i. e *iniquè. Psal.*24.20. በኵሪህ : *violenter, coactè.* 1 *Pet.*5.2. በትጋህ : *diligenter.* በፈቃድ : *libenter.* በፍቅር : *sponte.* በኀይል : *fortiter.* በትዕግሰት : *avidè.*

16. Adverbium comparandi *quàm*, exprimitur per Præpositionem ኧመ : ut : ይሔይል : ተአመን : በእግዚአብሔር : ኧመተአመን : *præstat confidere Domino, quàm confidere &c. Psal.*8. *et* 9. Sicuti supra de Nominum & Verborum comparatione pluribus diximus.

CAP. V.

De Syntaxi Præpositionum.

I. *Inseparabilium.*

1. በ : Primariò *in* significat, & quidem in subjecto loci, ut : በየማን : ለቡከ : *in dextrâ* vel *ad dextram p. tuis. tui. Org.*

(2.) Significat causam, ut : ብኪ : ተጸርገወት : *per te ornata est. Org.* ኢትተዐ ቀፍ : በእብኔ : *non impinges ad lapidem. Psal.* 90. 12.

(3.) Instrumentum, materiam, aut modum actionis, quæ Latinè variè, modò per ablativum, modò per alias Præpositiones efferuntur. ut ; በቃዬ : *voce mea* clamo ad Dominum. ጸለየ : በዛቲ : ጸሎት : *oravit hanc orationem.* በእደዊሁ : *manibus suis* contrectalti eum. *Org.* ለኮ : በፍትሕ : *non jure*, ወእኮ : በሞኢ : *nec victoriâ. Org.* ይትጣረዩ : በእሳት: *auspicia exercent igne.* ኧመ: እመሰክሮ : በዕፀው : *ut comparem te arboribus. Org.*

(4.) *Secundùm* : ut Benefac Zioni በለሠምረትከ : *secundùm beneplacitum tuum. Psal.* 50. 8. Item, Credo in te Domine, quòd sis primogenitus Dei በህላዌከ : *secundùm*, sive *respectu & ratione existentiæ tuæ. Org.* item በለሠርዐተ : ንጽሕ :

ratione

ratione puritatis. Item, Tu es genitrix Dei በለዋን : *secundùm* seu *ratione & respectu carnis. Org.*

2. ለ፡ Præfixum inseparabile, non modo Dativi nota est ; *ut supra de Nomine dicimus* ; sed & exponi potest per *Ad* vel *In* ; ut ; ለምፍቅደ : ዚአሁ : *ad beneplacitum ejus.* ለዘለዓለ : *in æternum. Marc.* 3. 29.

3. እመ : & እመን : præter usum comparandi, *de quo supra*, tàm in verbis quàm in nominibus exponitur per *Inter*, si de pluribus agatur ; ut, Non est similis tibi እመን : ኵሉ : *inter omnes. Org.* Singularis est constructio cum verbo ምሕረ : ut : Quare non diligeret Ecclesiam ኀፍሰ፡ ዖቀ፡ ሊ፡ምሕረ : እመንሂ፡ *quandoquidem ne quidem vitæ suæ pepercit ab ea*, sive *propter eam*, aut *illius causâ. Org.*

II. *Separabilium.*

1. ኀበ፡ *Ad, apud*, & compositum በኀበ : *apud* ; in oppositione exponitur *respectu* ; ut : Sicut guttula situlæ est በኀበ : ዕምቀ : ባሕር : *respectu profunditatis maris. Org.*

2. ውስተ : *in* quatenus *super* vel *supra* significat, ac de superficie accipitur, ut : Descendat sicut pluvia ውስተ : ሣዕር : *super gramen, Psal.* 72. 9.

Aliàs plerumque motum ad locum significat. ut ; ዐርገ : ውስተ : ሰማይ : *Ascendit in cælum.*

3. እንተ : Quod aliàs est Pronomen relativum, Præpositionis vim quoque habet, & significat

(1.) *Per*, ut ; እንተ : ካልእ፡ : ፍኖት : *per aliam viam. Matth.* 2. 12.

(2.) *Ad.* ut ; እንተ : የማን : *ad dextram. Org.*

(3.) *Instar.* ut : ከመ : እንተ : ርግብ : *instar columbæ. Joh.* 1. 32.

III. *De Præpositionum periphrasi.*

ዘእንበለ : *sine* : circumscribitur per ኢነበ : & ዘኢነበ : *non est*, & requirit nomen in statu constructo. ut ; Crucifixerunt eum, ዘኢነበ : ምሕረት : *sine ulla misericordia. Lit. MSS.*

CAP. VI.

De Syntaxi Conjunctionum.

1. COnjunctio similem nominum statum & tempora verborum poscit, ut ; ነበ፡ ወኵሉየ፡ : *Cor & renes*, aut sententiam novam superiori annectit.

2. ዘእንበለ : *nisi, præterquam*, construitur cum Infinitivo, ut ; ዘእንበለ : ልጎ ደፍ : *nisi ad projiciendum. Matth.* 5. 13. ዘእንበለ : ፈጽሞ፡ ገቢረ : *nisi absolvam facere* Gall. *sans parfaire, or achever.*

3. ዘእንበለ : ዘ : & ዘእንበለ : ደአሙ : ዘ : *quin potius*, sed *potius*, poscit Fut. Indicat. *Psal.* 117. 17. ut ; ዘእንበለ : ዘተቤዘዎ : *sed potius redemptus est. Org.*

4. At si significet *quamvis non*, poscit Subjunctivum, ut ; ዘእንበለ : እገብር : *quamvis non faciam* ; Galli dicunt, *Sans que ie face.*

5. እመ፡ : & እመሂ፡ *sive* cum Præterito conjunctum, effertur Latinè per Futurum Subjunctivi, ut ; እመ፡ : ዐረጉ : *sive ascendero.* እመሂ፡ : ነበሉ : *sive dixerimus ei. Luc.* 20. 5.

ከመ :

ነው፡ *quòd* pro *quia*, Indicativum postulat, ut፡ ነው፡ ተወለደ፡ፕ፡ *quod natus sit.*

Ac ነው፡ *ut*, finalis, constanter Subjunctivi Præsens adsciscit, ut፡ ነው፡ ይግ ሰሩ፡ *ut faciant. Psal.* 102. 18. ነው፡ አምር፡ *ut discam. Psal.* 50. 14. ነው፡ ታድሓኒ፡ *ut liberes me.*

Conjunctionum

Pleonasmus frequens est; præsertim ግን ፡ & ኬ፡ Quin etiam ፡ Adversativis pleonasticè præmittitur. ut፡ ወግኒ፡ *verumtamen*፡ ወይም፡ ፡ *sive.*

Interjectiones

Nihil peculiare habent in constructione, aut notatu dignum.

Plura non addimus, requirimus enim in studiosis hujus Linguæ cæterarum Orientalium Linguarum peritiam, igitur & construendi ratio, & cæteræ Figuræ Syntacticæ ei jam debent esse notæ; Adhæc usus ipse optimus est constructionis Magister.

FINIS.

ትርሑት፡ ለእግዚአብሔር፡.
ለዓለም፡ ዓለም፡
አሜን፡፡

ADDENDA.

PAg.4.lin.19.lege Quæ hoc modo. p.19. l.34. post verbalia *adde*: non semper passionem ab alio illatam, sed p.24.l.7. post utuntur *adde* formâ p.47. ante num.2.l.12 *insere notas seqq.*

(1) ክንዲ፡ In constructione cum Substantivo reperitur. ut ክንዲሁ፡ ሰይፉ፡ *Cujus duplex os*, i.e. *anceps gladius. Apoc.*1.16. ክንዲሃ፡ ልቢ፡ *Cui duplex cor. O.l.*2.

(2) Reperitur etiam forma ሽሕ፡ *sex*, per can.2.l.1.c.8. *Joh.*2.6. & per Enallagen *Sextus. Matt.* 20. 5. sic ተሽዐ፡ *Novem. Matt.* 27. 45. ዐሠረ፡ *Decem. Matt.*25.1.

(3.) ሓምሽ፡ Analogicè & antiquè sic quidem dicitur. *Org.lect.*5. at hodiè malunt scribere ሓሙሽ፡ ut *Matt.*14.17. & 25.2. *Luc.*9.13. ob causam in Lexico nostro allegatam.

(4.) ሰሚኑ፡ 1 *Pet.*3.10. & acc. ሰሚኖ፡ *Lit. MSS.* fœm. videtur à ሰሚን፡ sed formam similem vix vidi.